Pardieiro, que ſe pede de ſeſmarîa, ſaõ ſeus donos, e mulheres citados, e depois ſe lhe aſſigna hum anno, para que os aproveitem, aliàs ſe daõ de ſeſmarîa, *liv.* 4. *tit.* 43. §. 1.

PARECERES naõ ſe ajuntaõ nos feitos, *liv.*3. *tit.* 20. §. 41.

PAREDE ſe faz na caſa commûa para ſe partir á cuſta daquelle, que requer a partilha, *liv.* 1. *tit.* 68. §. 37.

Parede de entre dous viſinhos ſe póde nella hum emmadeirar, pagando-lhe a ſua amétade, *ibid.* §. 36. (d)

Parede de permeyo, na qual houver calle, por que ſe lança agoa do viſinho, ſe póde alçar, deixando lhe lugar para a agoa, *ibid.* §. 39.

PARENTE da parte do pay he preferido ao da parte da mãy, para ſe lhe dar o orphaõ á ſoldada, *liv.*1. *tit.*87. §.13. *poſt med.*

Parente mais chegado ao ultimo poſſuidor, ſuccede no mórgado, como ſeja do ſangue do Inſtituidor, naõ o declarando o Inſtituidor em outra maneira, *liv.* 4. *tit.* 100. §. 1. *e* 3. (e)

Parentes naõ podem ſer os Officiaes de Juſtiça na meſma Cidade, Villa ou Concelho; e fazendo o contrario, perderá o Officio aquelle que derradeiro o houve, *liv.* 1. *tit.* 79. §. 45. (f)

Parente, que ſe eſcuſa ſer tutor do orphaõ, naõ poderá depois herdar, *liv.* 4. *tit.* 102. §. 6. (g)

Parente, que dorme com ſua parenta dentro do quarto gráo, tem pena de inceſto, *liv.* 5. *tit.* 17. §. 2. (h)

Paren-

(a) Ad materiam hujus Ordinationis vide Fragoſ. *de Regim. Reip. p.*1. *diſp.*12. *lib.*5. §. 7. *n.* 241. *verſic. De jure Luſitano. & n.*242., Guerreir. *de Recuſat. lib.*2. *cap.*8. *n.*7., *& lib.*6. *cap.* 22. *n.*33.

(b) Ad hanc Ordinationem vide Valaſc. *de Jur. emphyt. q.* 7. *n.* 34., Thom. Vaz *alleg.* 72. *à n.* 49., Reynoſ. *obſerv.*44. *n.*2., Arouc. *in L.*2. §.1. *n.*301. *ff. de Rer. diviſion.*

(c) Vide ad hanc Ord. Ægid. *in L. Ex hoc jure. p.* 1. *cap.* 6. *ex n.* 45. *ff. de Juſt. & Jur.*, Card. de Luc. *tom.* 1. *de Regalib. diſcurſ.*148. *à n.*38. Et ex hac Ordinatione ſublata eſt illa magna dubitatio circa intelligentiam Textus *in L. Turres novi muri.*17. *Cod. de Operib. public.*, per quem aliquid dixerunt, quòd vicini tenentur reficere mænia publica, & turres; alii autem teneri reficere tantummodo turres, ſed non muros, de quo vide Sabel. *tom.*2. *poſt Summ. cap.* 10. *per tot.*, ubi refutat Peg. *in Commentar. ad hunc tit.* §. 43. *n.* 2.

(d) De hac ſervitute tigni immittendi vide Cæpol. *de Servitut. urban. cap.*30. Et quando paries præſumatur communis, ſeu potius unius tantum ex vicinis; vide Menoch. *de Præſumpt. lib.*6. *præſumpt.* 73., Sperel. *dec.*54. ubi latè an, & quando ſuper communem parietem liceat ædificare? idem Menoch. *conſ.* 1237., Altograd. *Conſil.*10. *ex n.*9., Gratian. *For. cap.*572. *à n.*48., idem Sperel. *dec.*55., Ægid. *in L. Ex hoc jure p.*1. *cap.*6. *n.*29., Card. de Luc. *tom.* 4. *de Servitut. diſc.* 6. *& ſeqq.*, Sabel. *in Sum. verb. Vicinus. ex n.* 3.

(e) Vide ſupra verb. *Mórgado ſe defere ao parente mais chegado do ultimo poſſuidor, ſendo do ſangue do Inſtituidor.*

(f) Ad hanc Ord. vide Phæb. *p.*1. *areſt.*43. Et ad illam notat Senator Oliveira, ibi: *O Deſembargo do Paço por ſua Proviſaõ ſómente coſtuma diſpenſar neſta Ordenaçaõ em Lugares, em que ha falta de ſogeitos.* Et vide etiam ſequentes Notas, quas refert Senator Themudo, ibi: *Nota, que ſe entrar por Vereador hum parente do Eſcrivaõ da Camara, naõ ſe póde dar culpa ao Eſcrivaõ, por ſervirem ambos, ſenaõ ao Vereador, porque o Eſcrivaõ naõ podia ſer conſtrangido a deixar o Officio, que já ſervia, e o Vereador he que tinha obrigaçaõ de naõ aceitar*; ita judicatum habes in tuo libro Areſtorum *cap.*24. Et iterum notat, ibi: *O Eſcrivaõ da Almotacerîa póde eſcrever com Diſtribuidor parente em gráo prohibido, ut habes in tuo libro Areſtorum cap.* 101. *E o meſmo com o Contador, e Enqueredor, com tanto que o Juiz lhe conte os livros, e papeis, e os Almotacés inquiraõ as teſtemunhas; habes in dict. libr. areſt. cap.* 102. Et poſtea notat, ibi: *Vidi judicatum, que póde o Genro ſervir de Juiz com o Eſcrivaõ da Camara, e Sogro; habes in dicto libro cap.* 66.

(g) Ad materiam hujus Legis vide Surd. *dec.*38. *n.* 1. Et an tutor teſtamentarius, cui aliquid in teſtamento relictum fuerit, ſi excuſetur à tutela, poſſit capere illud, quod ſibi relinquitur, vide Fragoſ. *de Regim. Reip. part.*1. *diſp.* 16. *ex n.*32., Andreol. *Controv.*51., Bellon. *de Jur. accreſcend. cap.* 7. *q.* 54. *à n.* 162., Antonel. *de Tempor. legal. lib.* 4. *cap.* 17. *ex n.* 4. Et an curator poſſit hæres inſtitui in teſtamento minoris? vide Conciol. *alleg.*42. *&* 44., & quæ ſupra notavimus in verb. *Nulla he a compra, que o Tutor fizer dos bens dos Orphaõs, em quanto durar a tutela; porque em tempo nenhum poderá haver os ditos bens, ſalvo por via de ſucceſſaõ.*

(h) Vide ſupra verb. *Crime de inceſto, &c.* Et de materia hujus Legis videri debet omninò Michalor. *de Fratrib. p.* 3. *cap.* 57. *per tot.*, Anſald. *de Juriſdict. p.* 4. *tit.* 2. *cap.* 1. *&* 2. *per tot.*; cujus diſpoſitio limitatur, quando quis fuerit deceptus, habens rem carnalem cum una, putans eſſe alteram; Text. *in cap. In lectum.*6. *cauſ.*34. *q.*1. *&* 2., Covarr. *in cap. Alma mater. p.*1. §.10. *n.*17. *verſic. Hinc infertur. in fin.*, Menoch. *de Arbitr. caſ.* 502. *à n.* 82., Anſald. *de Juriſdict. q.* 4. *tit.* 2. *cap.* 3. Limitatur etiam ſi detur ignorantia conſanguinitatis; Menoch. *d. caſ.* 502. *n.*83., Auguſt. Barboſ. *ad Text. in cap. Si quis cum duabus.*7. *cauſ.* 34. *q.* 1. *&* 2., Sayr. *de Clav. Reg. lib.*2. *cap.* 9. *n.* 16., videndus Michalor. *de Fratrib. p.* 3. *cap.* 57. *n.* 25. *&* 26., ubi

Parente póde encubrir os malfeitores ſem pena, ſe forem aſcendentes, aſſim do marido, como da mulher, ou irmaõs de cada hum delles, *liv.* 5. *tit.* 126. §.10. (a)

Parentes até o quarto gráo, naõ ſendo citados, podem accuſar ao que foi livre de alguma morte, *liv.* 5. *tit.* 124. §.9. (b)

Parentes do morto, que eſtiverem fóra do Reyno, naõ devem ſer citados pelo Reo, que pertende livrar-ſe, *liv.* 5. *tit.* 124. §. 9. (c)

Parentes do morto, álem do ſegundo gráo, naõ he obrigado a fazê-los citar o Reo, que pertende livrar-ſe, *ibid.* (d)

Paren-

ubi ex Menoch. & aliis dicit, quòd ſi detur ignorantia ex parte viri, & mulier ſit meretrix, nulla debet irrogari pœna; ſi verò mulier non ſit meretrix, etiam data conſanguinitatis ignorantia, imponenda eſt pœna arbitraria, quia datur opera rei illicitæ. Et vide de materia Jul. Clar. §. *Inceſtus*, & ibi Bajard., Gom. *in L.80. Taur. à n.* 15., Fontanel. *de Pact. nuptial. tom.* 2. *clauſul.* 5. *gloſ.*5. *p.*2. *n.* 6., Larr. *dec.*50. *n.*25., remiſſivè, Matth. *de Regim. Regn. Valent. tom.* 2. *cap.*8. §. 8. *ſect.*2. *n.*196., latiſſimè Farinac. *in Prax. crimin. q.*149. *per tot.*

(a) Vide ſupra verb. *Malfeitores naõ póde nenhum Prelado, ou Fidalgo acoutar em ſeus Coutos, ou Bairros.* Et de tota materia vide latiſſimè Landim *in tract. de Mod. proced. contr. malefact. q.* 17.

(b) Diſponitur in hac Ordinatione, quòd captus, ſeu aſſecuratus, qui de homicidio ſe purgare intendit, tenetur citare occiſi conſanguineos primi gradus, & in illorum defectu conſanguineos ſecundi gradus, cæteros autem ſi nolit citari non tenetur; poſtea verò declarat, quòd ſi conſanguinei quarti gradus velint Reum accuſare, poterunt ita facere, quamvis ipſe Reus per ſententiam ſit abſolutus.

Ex cujus diſpoſitione magna exoritur difficultas, ſiquidem iſta Ordinatio ſolum neceſſitatem imponit citandi conſanguineos primi, & ſecundi gradus, cum ad hoſce primario, & primo loco attineat accuſatio; in iis verò qui aliquem primario attingunt, ſubſequentes afficit ſententia inter illos prolata, tanquam lata cum legitimo contradictore, ut innumeris citatis, tradit Schetin. *de Tertio venient. ad cauſ. p.* 2. *cap.*3. *inſpect.*1., Faria *ad Cov. Practic. cap.*13. *ex n.*18., Eſcob. *de Puritat. ſanguin. p.*1. *q.*13. §. 1. *ex num.* 14., Arouc. *in L. Ingenuum.* 25. *uſque ad n.*15., Altograd. *lib.*1. *Conſil.* 99. *per tot.*, Peg. *tom.*1. *Forenſ. cap.*4. *ex n.*75., Portug. *de Donat. lib.*2. *cap.*18. *n.*104., qui loquitur in terminis hujus Ordinationis; quod non ſolùm procedit in civilibus, ſed utique in criminalibus, quia de eodem crimine nemo, niſi ſemel accuſari poteſt; *L. Senatus.* 14. *ff. de Accuſat.*, Fermoſin. *tract.*1. *Crimin. in cap.*6. *de Accuſat. q.* 1. *n.*1., *& in Rubr. q.* 13. *n.* 15., Matth. *de Re crimin. controv.* 71. *n.* 17., Conciol. *Reſolut. criminal. verb. Abſolutio. reſolut.*4., Pereir. *de Man. Reg. part.*1. *cap.*10. *n.*12., Cortiad. *dec.*269. ubi latè.

Ex quo videtur, quàm dura ſit hæc Ordinatio, dum non admittit rem judicatam in crimine atroci. Sed illam ad terminos juris reducendam eſſe dicit Portug. *de Donat. lib.*2. *cap.* 18. *n.* 112. *in ſin.*, & ideo cum eodem Portugal dicendum eſt, quòd quamvis verum ſit, omnes conſanguineos intra quartum gradum poſſe concurrere in eodem proceſſu ad accuſandum homicidium, ut tenet judicatum Phæb. *dec.*9., Molin. *de Juſt. & Jur. diſp.*45. *n.*4., Portug. *de Donat. d. cap.*18. *n.*100.; dummodo pœna pecuniaria ſolùm applicetur proximiori, ut dicit idem Phæb. *n.* 10. *verſic. Ex quo.*, Portug. *n.* 115.; attamen, ſi omnes conſanguinei primi, vel ſecundi gradus citati fuerint, & Reus abſolutus evaſerit, non poterunt ulteriores conſanguinei accuſare: & ſic Ordinatio iſta intelligenda eſt de eo caſu, quo primi, & ſecundi gradus conſanguinei citati non fuere, & accuſatio proſequuta fuit, Fiſco tantummodo agente, vel eo caſu, quo colluſio aliqua intervenerit. Et Ordin. *lib.*5. *tit.*131. §.1., loquitur de caſu, quo primi, vel ſecundi gradus conſanguinei citati non fuere, & ſe reſtrinxit ad illos caſus, de quibus loquitur, ut benè notavit Portug. ad alium intentum, *d. cap.*18. *n.*116., & cum eo proſequere ex *n.* 101. *uſque ad* 113. ad intelligentiam hujus Ordinationis.

(c) Conſanguinei occiſi, quamvis ſint primi gradus, ſi fuerint in Braſilica Regione, vel in Inſulis, noſtro Regno adjacentibus, citari non debent ad effectum hujus Legis, cum propter longitudinem, extra Regnum reputentur, ob vitandas vexationes; Cabed. *p.*1. *areſt.*23., quamvis verè pars inſeparabilis noſtri inclyti Regni ſint, & tamquam unitæ eidem corpori Monarchico à noſtris invictis Regibus moderentur, ex iis quæ Fraſſ. *de Reg. Patron. tom.*1. *cap.*6. *num.*43. *cum ſeqq.*, Valenzuel *conſ.*10. *n.* 95., Carlev. *de Judic. tom.* 1. *diſp.*2. *num.*829., Creſp. *obſerv.*15. *n.*44. Et an etiam accuſator abſens extra Regnum debeat citari? negativè fuit judicatum, ut memorat Senator Joann. Alvar. da Coſta in ſequenti Nota, ibi: *Se o accuſador eſtiver fóra do Reyno, foi duvidado ſe havia de correr o livramento ſem citaçaõ, & judicatum fuit que ſim.*

(d) Ex hac Ordinatione patet, quòd conſanguinei primi, & ſecundi gradus ſolummodò citari debent; & ex illa oriri poteſt dubium, an ſi conſanguineus primi, vel ſecundi gradus Religionem ingrediatur per profeſſionem, citandus ſit? negativè reſolvit Tapia *dec.* 28. *num.* 26., maximè ſi Minoritarum Religionem ingreſſus ſit, adeo, ut neque illius remiſſio requiratur, ut dicit idem Tapia.

Et ſi Monachus occidatur, an citari debeat Monaſterium? negativè tenet Cabed. *p.*1. *areſt.*24., ubi dicit debere citari conſanguineos: ſed hoc non eſt ſine dubio; nam inter DD. quæſtio vertitur: An Monaſterium præferatur filio occiſi Monachi; de quo vide Portug. *de Donat. cap.*18. *ex n.* 87., Meſa *lib.*3. *Var. cap.* 8. *n. fin.*, ubi plures citantur. Et licèt hæc Ordinatio decernat tantummodo citationem in conſanguineos primi, & ſecundi gradus, attamen alii conſanguinei ulterioris gradus poterunt etiam Reum accuſare; ut declarat eadem Ordinatio in verſic. *Porêm.*

Quid ergo ſi remotior prævenerit in accuſando coram uno Judice, & proximior coram alio, quis eorum erit competens, ut coram eo cauſa terminetur; dic quòd iſte ſecundus, à proximiori præventus, erit competens; Franch. *dec.*382., Tondut. *de Prævent. p.*1. *cap.*19. *n.* 5. *&* 7., Aylon *ad Gom. lib.* 3. *Var. cap.* 1. *n.* 35. *in ſin.*; niſi proximior nimis tardus, & negligens fuiſſet, de quo vide Gom. *lib.* 3. *Var. cap.* 1. *num.* 35., Tondut. *d. cap.*19. *num.* 6.

Et quoad remiſſionem, & pacem à proximiori conſanguineo factam, an obſtent ſequentes intra quartum gradum? dicendum eſt, quòd remiſſio ab omnibus fieri poteſt, ut probat Portug. *de Donat. lib.*2. *cap.*18. *ex n.*117., Caſtilh. *de Uſufruct. cap.* 40. *n.* 21., Giurb. *obſerv.* 27. *ex n.*11., Valeron *de Tranſact. tit.* 2. *q.* 7. *n.* 46., Hering. *de Fidejuſſor. cap.*10. *n.* 350. Si tamen remiſſio à proximiori ſit facta, & Princeps indulgeat, non poterit ſequens conſanguineus accuſare, ut contra Molin. benè ait idem Portugal *d. cap.*18. *n.*114., ubi citat Valeron, Auguſt. Barboſ., & alios. Et propter hanc remiſſionem non privabitur remittens hæreditate defuncti; nam pœna non vindicantis necem defuncti, per quam hæreditas tamquam ab indigno auferebatur, non eſt in uſu tamquam nutritiva peccati; Sixtin. *de Regalib. lib.* 2. *cap.*10., Guazin. *de Confiſcat. bonor. concl.* 13. *ampliat.*6. *n.*52., Noguerol *alleg.*13. *n.*24., Gom. 3. *Var. cap.*5. *n.*62., Plaça *de Delict. cap.* 39. *n.* 28., Caſtilh. *de Uſufr. cap.* 40. *n.* 40., Valeron *de Tranſact. tit.*4. *q.* 7. *n.*103., Portug. *de Donat. lib.*3. *cap.*31. *n.*8., Cancer. *p.*1. *Var. cap.*6. *num.*12., *& p.* 2. *cap.*11. *num.* 90., Guerreir. *de Diviſion. lib.*2. *cap.*2. *num.* 98.

Parentes, que encobrem os banîdos até o quarto gráo, naõ pagaõ mais que trinta cruzados, ſe a condemnaçaõ for de morte; e ſe for de menos, teráõ menos pena, *liv.* 5. *tit.* 126. §. 20.

Parenteſco, pelo qual naõ podem ſer dous, ou tres officiaes em huma Terra, he de conſanguinidade, ou cunhadîo até o ſegundo gráo, *liv.* 1. *tit.* 79. § 45.

Parenteſco até o quarto gráo induz ſuſpeiçaõ no Julgador, *liv.* 3. *tit.* 24. *in princ.* (a)

PARTE he crida por ſeu juramento, quando diz, que entregou o mandado ao Alcaide, *liv.* 3. *tit.* 86. §. 21.

Parte ſempre ha de ſer ouvida, *liv.* 1. *tit.* 24. §. 12., *e liv.* 2. *tit.* 1. §. 13., *e liv.* 4. *tit.* 11. §. *fin.*

Parte he crida por ſeu juramento no damno, que lhe deraõ nas caſas, e camas as peſſoas, que eſtiveraõ em ſuas caſas, *liv.* 1. *tit.* 7. §. *fin.*

PARTICIPANTE, que dá os outros á priſaõ, he perdoado livremente, *liv.* 5. *tit.* 116. (b)

Participante, que dér á priſaõ ſalteador de caminhos, tem premio, *ibid.* §. 1.

Participante, que deſcobrir o maleficio de dar cutilada, he perdoado; e poſto que o naõ próve, naõ lhe prejudica ſua confiſſaõ, *liv.* 5. *tit.* 25. §. 7.

Participantes de algum crime de eſcravo, provaõ, *liv.* 3. *tit.* 56. §. *fin.*

PARTILHA do vinho da jugada baſta que hum viſinho ſe ache preſente a ella, ſendo primeiro citado quem o ha de arrecadar, para que o parta, *liv.* 2. *tit.* 33. §. 4. (c)

Partilha ſe deve fazer, quando fallecer o marido, ou mulher, que forem caſados, entre os filhos, que delles ficarem, ſe forem legitimos, ou taes, que por direito devaõ herdar ſeus bens, *liv.* 4. *tit.* 96. *in princ.* (d)

Parti-

(a) Vide ſupra verb. *Juiz naõ póde julgar em feito ſeu, nem de ſeus Officiaes, e parentes.* Et omninò vide Guerreir. *de Recuſat. lib.* 4. *cap.* 4. *per tot.*

(b) Vide ſupra verb. *Malfeitores, que derem outros á priſaõ, ſe lhes perdoa.*

(c) Vide Peg. *tom.* 9. *ad Ord. lib.* 2. *tit.* 33. *ad Rubric. cap.* 16. *ex n.* 54.

(d) Mortuo quolibet ex conjugibus, ſtatim debet fieri partitio medietatis defuncti inter ejus filios, ut cuicumque aſſignetur legitima portio, ſibi competens de jure naturæ. Et dicimus, *mortuo quolibet ex conjugibus*, quia dum pater vivit, non debetur filio legitima, ſed poſt ejus mortem; Merlin. *de Legitim. lib.* 5. *tit.* 3. *q.* 1., Cardoſ. *in Prax. verb. Legitima. n.* 6., Auguſt. Barboſ. *ad Text. in L. Cum quæritur.* 6. *Cod. de Inoſſicioſ. teſtam. num.* 7., Valaſc. *de Partit. cap.* 21. *n.* 2., Carvalh. *in cap. Raynaldus, de Teſtam. p* 1. *n.* 29. & 44., Maced. *dec.* 10. *n.* 2. & 5., Thom. Vaz *alleg.* 63. *n.* 3., Peg. *tom.* 2. *ad Ord. ad Regim. Senat. Palat.* §. 39. *gloſ.* 96. §. 4. *num.* 18. *in med.*, latiſſimè Guerreir. *de Diviſion. lib.* 2. *cap.* 5. *per tot.* Et ideo regulariter in vita partis non poteſt filius diviſionem petere, ut fusè oſtendit idem Guerreir. *d. cap.* 5.

Ad verb. *Que forem caſados*; intellige non solùm de matrimonio legitimo, ſed etiam putativo; nam filii ex tali matrimonio procreati, veri, & legitimi filii reputantur quoad ſucceſſionem parentum, dummodo adſit bona fides contrahentium; Caſtilh. *lib.* 2. *Controv. cap.* 11. *per tot.*, Olea *de Ceſſ. jur. tit.* 4. *q.* 8. *n.* 10., Cancer. *p.* 3. *Var. cap.* 11. *à n.* 61., Gabr. Palæot. *de Noth. ſpuriiſque filiis cap.* 9. *n.* 1., Auguſt. Barboſ. *Vot.* 2. *à n.* 11., Peg. *tom.* 7. *ad Ord. lib.* 1. *tit.* 87. §. 6. *num.* 102., & *tom.* 1. *Forenſ. cap.* 8. *n.* 28., Guerreir. *de Diviſion. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 8.

Intellige etiam de matrimonio clandeſtino; nam licèt tales nuptiæ cenſeantur illicitæ, tamen ſi inde geniti fuerint filii, veri, legitimique haberi ſolent, dummodò non ſint concepti intra gradum prohibitum, & poſtea matrimonium ſit judicio Eccleſiæ approbatum; ex Text. *in cap. fin.* §. *Siquis verò, de Clandeſtina deſponſatione.*, Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *diſp.* 43., Gabr. Palæot. *de Noth. Spuriiſque filiis cap.* 10. *n.* 1., Guerreir. *de Diviſion. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 25.

Ad verb. *Entre os filhos*; hæc diviſio bonorum parentis defuncti debet inter filios æqualiter fieri de omnibus bonis, non ſolùm exiſtentibus tempore mortis in patrimonio defuncti, & ab eo poſſeſſis; ſed etiam de illis, quæ ſunt extra illius patrimonium apud filios in dotem data, vel in donationem propter nuptias, quæ ab illis debent per collationem adduci, ut inter alios fratres dividantur, ut diſponit Ord. *lib.* 4. *tit.* 97., Valaſc. *de Partition. cap.* 1. *n.* 6., & *cap.* 13. *num.* 10. & 11., Guerreir. *de Diviſion. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 8., & jam ſupra notavimus in verb. *Collaçaõ quando ſe fizer, trazem a ella os filhos tudo o que os pays lhe derem em caſamento, &c.* Et in hac diviſione bonorum inter filios debet æqualitas ſervari; nam ut ipſa inter hæredes ſervaretur, introducta fuit collatio, & diviſio; Valaſc. *de Partit. cap.* 12. *n.* 16., Carvalh. *in cap. Raynaldus, de Teſtamentis. p.* 4. *cap.* 1. *n.* 191., Ægid. *in L. Titiæ. ff. de Condit. & Demonſtrat. p.* 3. *n.* 64., Guerreir. *de Diviſion. lib.* 8. *cap.* 21. *n.* 5. & 6.

Ad verb. *Se forem legitimos, ou taes, que por direito devaõ herdar ſeus bens*; nota, quòd diviſio bonorum parentis ſolùm debet fieri inter filios, qui ſunt eidem patri ſucceſſibiles, & tales ſunt illi, qui ex legitimo matrimonio procreantur; Princip. *Inſtit. de Patr. poteſt. L. Filium definimus. ff. de His, qui ſunt ſui, vel alien. jur.*, Gabr. Palæot. *de Noth. & ſpur. cap.* 3. *n.* 2., Guerreir. *de Diviſion. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 1. Et etiam ſunt patri ſucceſſibiles filii, qui naſcuntur ex matrimonio, tam putativo, quàm clandeſtino, in terminis ſupra jam dictis.

Succedunt etiam in hæreditate paterna filii naturales, qui naſcuntur ex coitu ſoluti cum ſoluta, ſi inter eos non adſit impedimentum ad contrahendum matrimonium, dummodo pater ſit plebeus, ut ſupra notavimus in verb. *Filho natural para ſucceder a ſeu pay, ſe olha o tempo do ſeu naſcimento, ſe o pay era peaõ, ou Cavalleiro*; quia inter plebeos non conſideratur legitimitas, ſed reducitur ſucceſſio ad jus naturale; Cabed. *p.* 1. *dec.* 100. *n.* 10., Gam. *dec.* 317. *ſub n.* 3., & vide omninò de materia Guerreir. *de Diviſion. lib.* 1. *cap.* 3. *per tot.*

Sunt etiam patri ſucceſſibiles filii naturales, qui legitimantur per ſubſequens matrimonium; nam iſti pro legitimis habentur, nulla data differentia inter nobiles, aut plebeos; Auguſt. Barboſ. *in cap. Tanta.* 6. *n.* 2. *Qui fil. efficiant. legitim.*, Pinheir. *de Teſtam. diſp.* 5. *ſect.* 3. §. 10., & eſt expreſſa Ord. *lib.* 2. *tit.* 35. §. 12., ubi plures congeſſimus in verb. *Filho legitimado pelo ſeguinte matrimonio ſuccede em Terras da Coroa.* Et verb. *Legitimado por matrimonio ſeguinte, he em tudo perfeitamente legitimo, &c.* Et de materia vide omninò Guerreir. *de Diviſion. lib.* 1. *cap.* 4. *per tot.* Et de filiis legitimatis per Reſcriptum Principis, vide eumdem Guerreir. *d. lib.* 1. *diſp.* 5. *per tot.*

Sunt

Partilha ſe deve fazer entre os netos, ou deſcendentes do defuncto, quando delle naõ houver filhos, *liv.* 4. *tit.* 96. *in princip.* (a)

Partilha ſe deve fazer entre os aſcendentes, ſe eſtiverem em igual gráo, quando naõ houver filhos, ou netos deſcendentes do defuncto, *ibid.* (b)

Partilha deve dar o marido, ou mulher, que vivo ficar, a quem o defuncto mandar em ſeu teſtamento, quando naõ houver herdeiros aſcendentes, ou deſcendentes por linha direita, *ibid.* (c)

Partilha ſe deve fazer de todos os bens, que houver no caſal, aſſim móveis, como de raiz, *ibid. in fin.* (d)

Partilha

Sunt etiam ſucceſſibiles filii poſthumi, ſi vivi naſcantur, etiamſi excepti ſint ſciſo matris ventre, dummodo naſcantur tempore habili, utpote 7. 9. vel 10. menſe; quod etiam procedit in 8. ſi ſponte exeant vivi, præcedentibus maturi partus ſignis, ut ſupra latè oſtendimus in verb. *Naſcimento de filho, que ſobreveyo depois do pay, ou mãy fazerem teſtamento, faz annullar o meſmo teſtamento.*

(a) Vide ſupra verb. *Netos fazem entre ſi partilha dos bens de ſeu avô, quando delle naõ ficarem filhos.*

(b) Succeſſio aſcendentium eſt ſecunda linea ſucceſſionis ab inteſtato, ideo deficiente prima linea deſcendentium, ſuccedunt aſcendentes, ſervata gradus prorogativa, ut diſponitur in hac Ordinatione; & proximiori in gradu defertur hæreditas filii, vel nepotis, & deinceps, ab inteſtato decedentis; utpote, ſi ſolus pater eſt, ipſe præfertur; ſi ſola mater, ſimiliter præfertur, excluſo avo, proavo, & cæteris aſcendentibus ulterioris gradus; & ſi plures ſunt in eodem gradu, ut pater, & mater, æqualiter ſuccedunt, excluſis aſcendentibus prædictis; Gom. *in L.6.Taur. n.2. verſic. Sed in omnibus. & in n.* 5., Robles *de Repræſentat. lib.* 2. *cap.* 19. *n.*7., Portug. *de Donat. Reg. p.* 3. *cap.* 19. *num.*3., Manz. *in Epitom. de Succeſſion. ab inteſt. diſſert.* 3. *q.* 2. *n.* 1., Cancer. *p.* 1. *Var. cap.* 5. *n.*19., Souſ. *in L. Fœminæ. ff. de Regul. jur. p.* 1. *n.* 143., Guerreir. *de Diviſion. lib.*3. *cap.* 12. *n.* 9., & ita expreſſè deciditur in hac Ordinatione, verſic. *E eſtando os aſcendentes.*

Et licèt pater concurrat cum avo, vel proavo, ſeu cum avia, vel proavia ex linea materna, matre mortua, præfertur ipſe pater avo materno, & aliis deſcendentibus ex linea materna, vel è contra; quia iſte avus non repræſentat perſonam matris, quamvis ſit filia ſua; nam in hac linea aſcendentium non attenditur, niſi paritas gradus, cum in illa non admittatur repræſentatio; Gom. *in L.* 6. *Taur. n.* 6., Portug. *de Donat. cap.* 19. *n.* 4., Robles *de Repræſent. lib.*2. *cap.*19. *n.* 7. 8. *& ſeqq.*, Molin. *de Juſt. & Jur. tract.*2. *diſp.*626. *n.*1. *in fin. primi verſic.*, Cancer. *lib.*1. *Var. cap.*5. *n.*9., Rox. *de Incompatibilit. p.*1. *cap.*6. *n.*189., Caſtilh. *lib.* 3. *Controverſ. cap.* 19. *n.*54., Guerreir. *de Diviſion. lib.*3. *cap.*1. *n.*84.

Si verò in ſucceſſione nepotis concurrat avus paternus, & maternus, inter ipſos æqualiter bona dividenda erunt, quia concurrunt in paritate gradus; Gom. *in d. L.*6. *n.*8. *verſic. Sed his non obſtantibus.*, Portug. *de Donat. d. cap.*19. *n.* 7., Gam. *dec.*9. *n.*2. *verſic. Si enim. in fin.*, Molin. *de Juſt. & Jur. tract.* 2. *diſp.* 163. *n.* 6., Rota apud Merlin. *de Legitim. dec.*49. *n.*5., quam deciſionem repetit Gratian. *For. cap.*971. *ex n.* 21., Souſa *in L. Fœminæ. ff. de Regul. jur. p.*1. *n.*142. Nam licèt Barthol. & alii teneant, quòd in hoc caſu facienda eſt differentia bonorum, ut avus paternus ſuccedat in bonis acquiſitis ex latere paterno, & avus maternus in acquiſitis ex latere materno; hæc opinio eſt rejecta, convinciturque per Doctores ſupra proximè citatos, & per alios, quos latè referunt Petr. Barboſ. *in L. Poſt dotem. ff. de Solut. matrim. n.*67., Auguſt. Barboſ. *Vot.*9. *n.*18., Sabel. *reſol.*82. *n.*11., Harppr. *in princ. Inſtit. de Hæred. quæ ab inteſt. deferunt. ex n.*372. *& n.*441., Giurb. *ad Conſuet. Meſſan. cap.* 11. *gloſ.*4., Berlich. *p.*4. *concl.*20. *n.*21., Manz. *in Epitom. de Succeſſ. ab inteſt. diſſert.*3. *q.*2. *ex n.*17., Guerreir. *tract.* 2. *de Diviſion. lib.*3. *cap.*12. *n.*4., & de jure Regni probatur ex Ord. *lib.*4. *tit.*91., ubi ſublata eſt talis bonorum differentia; quæ tamen practicanda erit, quando matrimonium fuerit celebratum per dotem, & arrhas, ut ait Gam. *dec.* 9. *n.*2. *verſic. Cum enim. in fin. & n.* 3., Portug. *de Donat. p.*3. *cap.*19. *num.* 8.

Nota tamen, quòd in caſu ſupra poſito, quando concurrunt aſcendentes ex linea materna, & paterna, facienda eſt inter eos diviſio bonorum in ſtirpes, & non in capita, itaut, ſi concurrat avus, & avia materna ex una parte, & ex alia inveniatur tantummodo avus, ſeu avia paterna, avus, & avia materna ſuccedent in dimidia parte hæreditatis, & in alia dimidia ſuccedet ſolus avus, vel ſola avia paterna ad hæreditatem concurrens; Gom. *in L.* 6. *Taur. n.* 9., Bellon. *de Jur. accreſcend. tom.*1. *cap.*5. *q.* 47. *n.* 24., Guerreir. *de Diviſion. lib.*3. *cap.*12. *n.*11. *&* 12., Robles *de Repræſent. lib.*2. *cap.* 19. *num.* 39., ubi dicit hanc diviſionem ita fieri non conſiderato ſtipite ſicut in deſcendentibus, ſed inſpecta cauſa generationis tantummodò. Et an inter aſcendentes detur collatio? vide Gom. *in L.* 29. *Taur. n.* 9., ubi negativam ſententiam firmat; Valaſc. *de Partit. cap.*12. *n.*32., Guerreir. *tract.* 2. *de Diviſion. lib.*2. *cap.*11. *n.*26. *&* 27.

(c) Decedente aliquo ex conjugibus abſque deſcendentibus, vel aſcendentibus, & cum teſtamento legitimè facto, tenetur conjux ſuperſtes hæredi inſtituto partitionem dare, ut declarat hæc Ordinatio; & ſi decedat ab inteſtato, tenetur diviſionem facere cum conſanguineis proximioribus defuncti, ut in hac Ordinatione diſpoſitum extat; de quo vide Guerreir. *de Diviſion. tract.*2. *lib.*6. *cap.*13., ubi advertit omnia, quæ Judex in tali partitione obſervare debet.

Et nota, quòd hæredes medietatis conjugis defuncti, non poſſunt capere bonorum poſſeſſionem ante diviſiones factas; nam vidua manet in poſſeſſione, & capite caſalis, & ab ejus manu debent hæredes recipere bona jam diviſa, ut ſupra notavimus in verb. *Herdeiros de algum homem, que foi caſado, receberáõ a partilha da maõ da viuva.* Et verb. *Mulher fica em poſſe, e cabeça de caſal por morte de ſeu marido.*

(d) Ad diviſionem faciendam inter cohæredes debent adduci omnia bona, quæ defunctus poſſidebat, tam mobilia, quàm immobilia, jura, actiones, credita, debita, & cætera, quæ illius hæreditatem augent, vel minuunt, de quo vide latè Guerreir. *tract.* 1. *de Inventar. lib.*1. *cap.* 9. *cum ſeqq. & per tot.* Et non ſolùm ad diviſionem adduci debent omnia, quæ defunctus poſſidebat tempore mortis, ſed etiam illa, quæ exiſtunt apud filios à patre, vel matre ipſis donata titulo dotis, vel donationis propter nuptias, vel aliter in eos tranſlata, quia ad ipſam patris, vel matris hæreditatem per collationes adducuntur; de quo vide quæ ſupra notavimus in verb. *Collaçaõ, quando ſe fizer, trazem a ella os filhos tudo o que os pays lhe derem em caſamento, ou por outra qualquer maneira.* Et hæc omnia æqualiter debent dividi inter hæredes; nam ad hoc introducta fuit diviſio, ut æqualitas ſervetur inter fratres, ſeu cohæredes; Auguſt. Barboſ. *ad Text. in L. Si major.* 4. *Cod. Commun. dividund.*, Peg. *tom.*4. *ad Ord. lib.* 1. *tit.* 77. §. 4. *n.* 68., Guerreir. *de Diviſ. lib.* 8. *cap.* 21. *à n.* 5., quæ æqualitas ſervanda eſt non ſolùm quoad numerum, ſed etiam quoad valorem, & bonitatem rerum diviſarum, ut ait ex Boer. *dec.*46. *n.*7., Auguſt. Barboſ. *ad Text. in L. Si probatum.* 2. *Cod. de Commun. dividund. n.*5. Et licèt unuſquiſque ex cohæredibus æquale jus habeat in omnibus rebus hæreditariis; Merlin. *de Legit. lib.*2. *tit.*1. *q.*1. *à n.*1., Peg. *tom.*4. *ad Ord. lib.*1. *tit.*77. §.4. *n.* 68.; non debet tamen fieri diviſio de

Partilha ſe deve dar aos herdeiros, que eſtaõ preſentes, aindaque haja algum fóra da terra, *liv.4. tit.96. in princ.* §.1. (a)

Partilha eſtando feita entre os preſentes, ſe depois vier o que eſtava auſente, e requerer partilha, ſe naõ devem trazer a ella os fructos dos bens, que já eſtavaõ partidos, mas ſó a parte do herdamento, que lhes eſtava entregue, *ibid.* (b)

Partilha ſe deve fazer das bemfeitorîas, que eſtiverem feitas nos bens, que tinhaõ ſido entregues, quando vier algum herdeiro auſente a pedir partilha nos bens, que já eſtavaõ partidos, pagando-ſe a deſpeſa delles, *ibid.* (c)

Partilha ſe naõ póde fazer dos bens, havendo algum herdeiro auſente, que eſteja em lugar certo, ſem primeiro ſer citado, *ibid.* §. 2. (d)

Partilha, quando ſe demorar por cauſa da citaçaõ de algum auſente, o que tiver poſſe dos bens, dará a cada hum dos herdeiros a parte dos renovos, que lhe pertencer, reſervando a parte do auſente, e pagando cada hum as deſpeſas da cultura, *ibid.* (e)

Partilha ſe deve dar naõ ſó dos bens, mas tambem dos fructos, tiradas as deſpeſas, *ibid.* §. 4. (f)

Partilha, quando ſe naõ póde fazer ſem damno da couſa, como eſcravo, beſta, moinho, &c. deve vender-ſe a hum dos herdeiros, ou a outrem, e partir o preço; e naõ convindo na venda, a arrendaráõ, e partiráõ a renda, *ibid.* §. 5. (g)

Partilha deve dar a mãy, que ficar viva, aos filhos, naõ ſó da herança, mas de tudo o que comprar, ou ganhar com os fructos, ou dinheiro della; ou dos fructos ſómente, querendo aſſim os herdeiros, *ibid.* §. 7. (h)

Partilha deve dar o marido, que ficar vivo, aos filhos que ficarem de ſua mulher de outro matrimonio, ou a ſeus herdeiros, naõ ſó dos bens, mas de tudo o que comprar, ou ganhar com elles, ou dos fructos, ſe elles quizerem; porêm ficando filhos de ambos, ſe guardará a diſpoſiçaõ de Direito commum, *ibid.* §. 8. (i)

Partilha

ſingulis bonis inter ſingulos cohæredes, ſed in una, vel duabus, arbitrio boni viri, debet aſſignari legitima, ſeu competens portio cuicumque fratrum, ſeu cohæredum; Auguſt. Barboſ. *ad Text. in L. Ad Officium.* 3. *Cod. Commun. divid. n.* 3., Valaſc. *de Partit. cap.*22. *ex n.* 20.

Et an filii legitima poſſit aſſignari in pecunia, ſecundum æſtimationem bonorum? negativè reſolvendum eſt; nam legitima deducenda eſt de corporibus, ac ſubſtantia hæreditatis; ex Merlin. *de Legit. lib.*5. *tit.*3. *q.*11. *n.*1., Giurb. *ad Conſuet. Meſſan. p.*1. *cap.*4. *gloſ.*3. *n.*3., Menoch. *de Arbitr. lib.*2. *caſ.*163. *n.*8., Surd. *dec.*21. *n.*2., Cardoſ. *in Prax. verb. Legit. num.* 7., Auguſt. Barboſ. *ad Text. in L. Sciendum.* 36. *Cod. de Inoffic. teſtam. n.* 6. Et ideo nec Judices, nec Partitores, poſſunt filio aſſignare legitimam in pecunia juxta valorem bonorum, ſed debent eam deducere ex ipſis bonis, ſeu corporibus hæreditariis; Menoch. *de Arbitr. lib.*2. *d. caſ.* 163. *num.* 27., Auguſt. Barboſ. *ad Text. in d. L. Scimus.* 36. *Cod. de Inofficioſ. teſtam. n.*9., Guerreir. *tract.*2. *de Diviſion. lib.*2. *cap.*14. *n.*26. Et an ſaltem pater poſſit decernere, quòd legitima filii tradatur illi in pecunia? negativè reſolvit Valaſc. *de Partit. cap.*19. *n.*19. & 20.

(a) Hanc Ordinationem repetit, ac exornat Molin. *de Juſt. & Jur. tract.*2. *diſp.*245. *per tot.*, & de ea vide Valaſc. *de Partit. cap.*7. *n.*7. 12. & 18.

(b) Cohæredes, quibus fuerunt bona adjudicata, non tenentur poſtea conferre fructus perceptos, ſi eadem bona iterum ad collationem adducant; quia ex titulo diviſionis fructus bona fide percipiebant, & poſſeſſores bonæ fidei fructus non reſtituunt; de quo vide latiſſimè Guerreir. *tract.*2. *de Diviſion. lib.*3. *cap.*7. *per tot.*, & *lib.* 8. *cap.* 17. *num.* 5., Molin. *de Juſt. & Jur. tract.* 2. *diſp.* 245. *num.*1.

(c) Si cohæres iterum ad partitionem adducat bona jam meliorata, quæ ſibi in prima diviſione adjudicata fuere, debent etiam melioramenta dividi, dummodo ſolvantur expenſæ cohæredi, qui illas fecit; cum melioramenta ſemper ſpectent ad poſſeſſorem, & ſint bona propria illius, qui ea fecit, de cujus materia vide latiſſimè, cum omnibus ſuis ampliationibus, & limitationibus Guerreir. *de Diviſion. lib.*3. *cap.*8. *à princip. & per tot.*, Molin. *de Juſt. & Jur. diſp.*245. *n.*1. *in fin.*

(d) De materia hujus Ordinationis latiſſimè egit Guerreir. *de Diviſion. lib.*3. *cap.*9., ubi omnes ampliationes, & limitationes ad praxim acuratè adduxit, & nihil intactum reliquit. Et vide, quæ ſupra notavimus in verb. *Herdeiros, que eſtaõ auſentes devem ſer citados para as partilhas.*

(e) Fructus bonorum defuncti, de cujus partitione agitur, uſque ad diviſionem collecti, inter cohæredes dividendi ſunt; & ideo hæres, qui fuerit in bonorum poſſeſſione debet fructus collectos, ſeu extantes ad partitionem adducere, ut declarat hæc Ordinatio; & ita diſponitur *in* §.4. *hujus Tituli*, de quo vide latiſſimè cum omnibus ſuis ampliationibus, & limitationibus Guerreir. *tract.*2. *de Diviſion. lib.* 3. *cap.* 5. *per tot.* Et vide infra verb. *Partilha deve dar o marido, que ficar vivo aos filhos, que ficarem de ſua mulher de outro matrimonio, &c.*

(f) Vide Guerreir. *ubi ſupra proximè, d. cap.*5. *per tot.*

(g) Ad materiam hujus Ordinationis omnia congeſſit Guerreir. *tract.*2. *de Diviſion. lib.*3. *cap.*6. *ex num.*12., ubi invenies ad punctum, quanta deſiderari poſſunt.

(h) De jure communi conjux ſuperſtes, qui percepit fructus bonorum hæreditatis, & ante diviſionem aliquid ſuperlucrata eſt per novos contractus, nihil debebat ultra fructuum diviſionem: ſed de Jure noſtro, mortuo patre, conceſſa eſt eiſdem hæredibus electio, an velint partitionem de fructibus à matre perceptis, an de ſuperlucratis ante diviſionem, ut diſponitur in hac Ordinatione, de cujus materia vide Arouc. *alleg.* 24. *ex n.*17., Guerreir. *de Diviſion. lib.*6. *cap.*1. *n.*164., & *cap.*13. *n.*55., Molin. *de Juſt. & Jur. tract.*2. *diſp.*245. *n.*6., & quæ infra proximè notabimus.

(i) Iterum repetit Ordinatio in hoc §., quòd filii poſſunt à conjuge ſuperſtite diviſionem petere, aut fructuum, aut bonorum emptorum ante diviſionem, ſi filii matris defunctæ ſint ex alio matrimonio procreati; ſi verò ſint ejuſdem matrimonii, petenda eſt deciſio à jure communi; quæ Ordinatio ſanè difficilis eſt, & in illius intelligentia laboratum fuit apud Cabed. *part.* 2. *areſt.*32.

Partilha pediráõ de fóra os irmaõs daquelle que ficar de poſſe da herança, e lhe daráõ tambem partilha daquillo que tiverem em ſeu poder, que deva vir á meſma partilha, *liv.* 4. *tit.* 96. *in princip.* §.9. (a)

Partilha

*areſt.*32., quem ſequutus eſt Emmanuel Barboſ. *ad Ord. d.* §.8., quos benè impugnat Arouc. *alleg.*24. *n.*21., cum quo dic, quòd prædicta Ordinatio dum ad jus commune refertur, eſt intelligenda ad hoc, ut in filio ſub patria poteſtate exiſtente, nulla ſit ratio habenda fructuum, qui ad patrem pertinent regulariter, paucis caſibus exceptis, ex Text. *in L. Cum oportet. Cod. de Bon. quæ liber.*, Ord. *lib.*4. *tit.*98. §. *fin.*, *&* *tit.* 97. §. 19., *&* *lib.* 1. *tit.*87. §.6., Michalor. *de Fratrib. p.*1. *cap.* 3., Caſtilh. *de Uſufruct. cap.*13., *&* *de Aliment. cap.* 44., Mend. à Caſtr. *in L. Cum oportet. p.* 2. *ex num.* 10., Peg. *de Competent. p.* 2. *cap.*98. §. 4. *ex n.*160., *&* *tom.* 7. *ad Ord. lib.* 1. *tit.* 87. §.6. *n.* 77. *cum ſeqq.*

Quid autem, ſi filii extra poteſtatem patriam ſint? non aperit Arouca; qui potius ſe inclinat ad ea, quæ Lex in ſuperiori §. dixit. Sed jus commune in hoc caſu eſt, quòd diviſio fiat ſolummodo fructuum, ut ſupra diximus in concluſione præcedenti; veniunt enim redditus ad judicium familiæ erciſcundæ uſque ad diviſionis tempus, *ex L. Cohæredibus.* 17. *Cod. Famil. erciſc.*, ubi Auguſt. Barboſ. *in fin.*, Arouc. *d. alleg.*24. *n.* 8., latè Senator Guerreir. *tom.*2. *de Diviſion. lib.*3. *cap.*5., *&* *tract.*1. *de Inventar. lib.*1. *cap.*10.: augent enim fructus ipſam hæreditatem dividendam, *L. Item venient.* 20. §. *Fructus. ff. de Petit. hæredit.*, Amay. *lib.* 3. *Obſervat. cap.* 1. §.2. *num.* 4., Merlin. *de Legitim. lib.*2. *tit.*1. *q.*1. *n.*3. *&* *ſeqq.*, Peregrin. *de Fideicommiſſ. artic.* 49. *ex num.*43., Fontanel. *dec.*92. *ex n.*6., ubi notabiliter limitat in *num.*12., ſeu ut verius loquar, non hæreditatem, ſed petitionem hæreditatis augent; Andreol. *Controv.*117., Rocc. *Selectar. tom.*1. *cap.*47. *ex n.* 29. Et quòd filius careat alternativa petendi diviſionem rerum emptarum, & adquiſitarum ex pecunia communi; quia ſecundùm jus, res emptæ, & acquiſitæ ex pecunia communi, propriæ efficiuntur ementis, neque tenetur ad communicandum, ut tenent Scribentes *in L. Si patruus. Cod. Commun. utriuſq. judic.*, Menoch. *conſ.*121. *n.*32. *&* *n.*78., Felic. *de Societat. cap.*4. *num.*44., *&* *cap.*14. *n.*75., Mantic. *de Tacit. lib.*6. *tit.*16. *num.*13., *&* *tit.* 13. *num.* 12. *&* 14., & cum pluribus Michalor. *de Fratrib. p.*2. *cap.*8. *à num.* 23., Hodiern. *controv.* 22. *n.* 28. *cum ſeqq.*

Sed quare filius, qui non eſt ſub ſacris paternis, non poſſit à patre petere diviſionem rerum emptarum, quæ ſuperlucratus eſt pater ex pecunia communi, & alius hæres uxoris extraneus alternativam habeat petendi diviſionem bonorum ſuperlucratorum, vel fructuum, ſicut & filius alternativa gaudeat adverſus ejus matrem, ut diſponitur in hoc §., & in §. 7. (cujus alternativæ meminit Arouc. *in L.*9. *n.*21. *ff. de Stat. homin.*) à nemine ex noſtris obſervatum inveni.

Sed pro hujus diſcriminis ratione advertendum eſt, grave dubium eſſe de jure, an ceſſante patria poteſtate, ceſſaret fructus bonorum adventitiorum; nam negativam opinionem, quod adhuc duret, tenuit magis communis DD. ſententia, ut fatetur Ægid. *in L.* 1. *p.*4. §.2. *n.* 12. *Cod. de Sacroſ. Eccleſ.*, & ſequuntur Fontanel. *de Pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſ.* 7. *p.* 3. *n.* 10., Gom. *in L.*6. *Taur. n.*11. *&* 12., Pinel. *in L.*1. *p.*1. *n.*39. *Cod. de Bon. matern.*, Caſtilh. *de Uſufr. cap.*3. *n.* 45., cum quibus, & aliis Portug. *de Donat. lib.*3. *cap.* 23. *n.* 48., Molin. *de Primogen. lib.*1. *cap.*19. *n.* 20., *&* *lib.*2. *cap.*9. *n.* 24., Gutierr. *lib.*3. *Practic. q.*78. *n.* 3., Boſſ. *de Patr. poteſt. cap.* 2. *n.* 28. *cum ſeqq.*, ubi optimè contrariis ſatisfacit.

Et in emancipatione hominis (alia enim eſt emancipatio legis, alia hominis, Giurb. *ad Conſuet. Meſſan. cap.*3. *gloſ.* 8. *p.* 1. *n.* 9. *in fin.*) certum erat, quòd uſusfructus dimidium apud patrem manere debebat; quam differentiam agnoſcit Vela *diſſert.*1. *ex n.*68. *uſque ad* 70., quod in præmium, & ſignum patriæ poteſtatis conſtitutum erat, *ex L. Cum oportet. Cod. de Bon. quæ liber.*, Text. *in* §. *Hoc autem Inſtitut. per quas perſonas.*, ubi DD. Boſſ. *de Patr. poteſt. cap.* 2. *n.* 66., Giurb. *Ad Conſuet. Meſſan. p.* 1. *cap.* 3. *gloſ.* 8. *ſub num.* 8., Molin. *de Juſt. & Jur. tract.* 2. *diſp.* 229. *n.* 12., Cancer. *p.* 1. *Var. cap.* 10. *n.*5., Arouc. *in L.* 8. *n.* 30. *ff. de His, qui ſunt ſui, vel alien. jur. cum aliis*: apud nos tamen, emancipato filio à patre, ad ipſum filium pertinet uſusfructus, ex Ord. *lib.*1. *tit.*87. §. 6., *&* *lib.*4. *tit.* 97. §. 19., Molin. *d. diſp.*229. *num.*12. *in fin.*, Ægid. *in L.* 1. *p.* 4. §. 2. *num.* 12. *Cod. de Sacroſ. Eccleſ.*, Portug. *de Donat. d. cap.* 23. *n.*46. *&* *ſeqq.*, Peg. *tom.* 7. *ad Ord. lib.*1. *tit.*87. §. 6. *n.*90.; cum tamen vigeant in filio, etiamſi emancipato, veſtigia antiquæ poteſtatis, & juxta ipſum jus, res emptæ nomine patris ad ipſum pertineant, valdè iniquum exiſtimavit noſter Legiſlator, quòd patrem oneraſſet ad dividendas res emptas ex pecunia hæreditatis, cum pater favendus maximè ſit in cauſis filiorum.

Dices forſan, quòd hæc ſolùm procedere poterunt, quando pater filium emancipet illicò matre mortua ante diviſionem bonorum; ſecùs autem ſi tempore, quo mater obiit, jam emancipatus eſſet, quia tunc electionem habebit ſicut extraneus habet in Ord. *d.* §. 7., & in hoc §.8.; eo maximè quia in acquiſitis poſt emancipationem, filius ut extraneus, omnem, & plenum uſumfructum habet, & pater nullum jus, neque uſumfructum; Molin. *de Juſt. & Jur. d. diſp.*229. *n.*12., Giurb. *d. cap.*3. *gloſ.* 8. *n.* 6. *&* *ſeqq.*, Cancer. *p.* 1. *Var. cap.* 10. *n.* 6., cum aliis Arouc. *in d. L.* 8. *n.* 30. *ff. de His, qui ſunt ſui &c.*, qui affirmant nec in contrarium valere pactum.

Sed reſpondetur, quòd idem videtur judicandum eo etiam caſu, quo filius emancipatus erat, viva matre; ſiquidem de jure cautum erat, quòd pater etiam poſt emancipationem concurreret cum filiis in uſufructu bonorum maternorum, ex *L. Si viva matre. Cod. de Bon. matern.*, Cancer. *d. cap.* 10. *num.* 6. *in fin.*, Giurb. *d. gloſ.* 8. *cap.* 3. *n.* 8., quod ſpecialiter in bonis à conjuge filiis delatis conſtitutum fuit in patre, cum quo defuncta unum corpus fuit, ut notatur in Gloſ. *in d. L. Si viva. verb. Præſcripta. Cod. de Bon. matern.* cum tamen, ut diximus, apud nos nullus penes patrem remaneat uſusfructus; ad hæc omnia reſpiciens noſtra Lex ſtatuit, quòd filius careret electione petendi diviſionem rerum, quas pater empſit, & quòd ſolùm fructuum, in forma juris communis, diviſio fieret.

(a) Si filius manſerit in poſſeſſione hæreditatis, ex eo quia nullus ex conjugibus extat, cæteri fratres debent ab ejus manu partitionem accipere, quin in bonorum poſſeſſione ſe immiſceant ante diviſionem factam, ut diſponit hæc Ordinatio, de cujus materia vide latè Valaſc. *de Partit. cap.* 4. *à princip.*, Guerreir. *de Diviſion. lib.*6. *cap.*12. *n.* 26. Et filio manenti in poſſeſſione, & capite caſalis competunt remedia poſſeſſoria adverſus eum turbantes in dicta poſſeſſione, ſicut competunt viduæ manenti in poſſeſſione hæreditatis poſt mortem mariti, ex Ord. *lib.* 4. *tit.* 95., de qua egimus in verb. *Marido por morte da mulher continûa a poſſe velha, que antes tinha*; & in ſpecie tradit Guerreir. *d. cap.* 12. *num.* 32.

Et dicitur eſſe in poſſeſſione, & capite caſalis ille, qui ſe gerit pro poſſeſſore, & procedit ad actus, per quos adquiritur poſſeſſio, veluti aſſumendo claves, præſtando famulis victum quotidianum, colendo vineas, & ſimilia, ut ait Valaſc. *de Partit. d. cap.*4. *n.* 9. Cætera, quæ hìc pertinere poſſunt, vide apud eumdem Valaſc. *d. cap.* 4.

Nota tamen, quòd cohæres, ſive conjux, dum eſt in capite caſalis, non poteſt alienare bona, imò cohæres ſeu conſocius poteſt impedire venditionem factam de re communi, & ſe opponere executioni, tanquam tertius, ut tradit judicatum Peg. *For. cap.* 5. *n.* 7. *pag.*362., & refert Guerreir. *de Diviſion. lib.*6. *d. cap.*12. *n.*61.,

de

Partilha dará o irmaõ, que eſtiver na poſſe da herança por mais de hum anno, naõ ſó dos bens, mas tambem dos fructos, e renovos, ou terá cada hum delles outro tanto tempo os ditos bens, e depois diſſo ſe fará a partilha, *liv.* 4. *tit.*96. §. 10. (a)

Partilha, quem a houver de dar, poderá começá-la pelos bens móveis, ou pelos de raiz, qual mais quizer, *ibid.* §. 11.

Partilha, depois que ſe começar a dar aos filhos, ou irmaõs, ou outros quaeſquer herdeiros, naõ ſe poderá dilatar por dûvidas algumas, *ibid.* §. 12. (b)

Partilha ſe alguem a dilatar com algumas dûvidas, ſobre que deva haver demanda, ſerá tirado da poſſe da herança, e ſe fará ſequeſtro nos bens, ſe novidades até as dûvidas ſe acabarem, *liv.* 4. *tit.* 96. §. 12. (c)

Partilha quando ſe fizer, poderá requerer o irmaõ, que naõ eſtá em poſſe da herança, ao que eſtá em poſſe della, para que traga á partilha o que houve de ſeu pay, ou mãy, *ibid.* §. 14. (d)

Partilha podem requerer os herdeiros do marido á mulher, que ficou com os bens em ſeu poder, *ibid.* §. 15. (e)

Partilha começada entre os irmaõs, póde cada hum, depois della, allegar ſeu direito, e ſerá com elle ouvido, *ibid.* §. 16.

Partilha feita com aprazimento dos coherdeiros por mandado de juſtiça, ſendo aſſignada pelo Juiz, e Partidores, ſe naõ poderá mais desfazer, poſto que as partes a contradigaõ, *ibid.* §. 18. (f)

Partilha

de quo vide eumdem Peg. *d. cap.* 5. *pag.* 367. *verſic. Non officit.*, Valaſc. *conſ.* 69. *à num.* 23. *&* 28., Cabed. *p.* 1. *dec.*146., & eumdem Guerreir. *de Rationib. Reddend. lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 5.

Et de obligatione, quam habet caput caſalis reddendi rationes cohæredibus, legatariis, & creditoribus, tam de bonis hæreditariis, & eorum fructibus, quàm de bonis peremptis propter moram in reſtituendo commiſſam, vide latiſſimè Guerreir. *de Ration. Reddend. lib.* 5. *cap.* 10. *per tot.*, ubi omnia ad punctum accuratè expendit. Declarat etiam hæc Ordinatio, quòd cohæredes, qui à Capite caſalis poſtulant diviſionem, debent ad illam adducere omnia, quæ in ſe habent ad hæreditatem pertinentia, de quibus jam egimus in verb. *Collaçaõ*, & in verb. *Conferir*; & ſæpius infra aperiemus.

(a) Frater, ſeu cohæres, qui eſt in capite caſalis, poſſidens bona hæreditatis indiviſa per ſpatium, quod poſſit percipere, ac in horreum condere fructus, tenetur ad partitionem non ſolùm adducere bona, ſed etiam fructus ab hæreditate collectos, ut declarat hæc Ordinatio, & tenent Gall. *de Fructib. diſp.* 15. *per tot.*, Guerreir. *tract.* 1. *de Inventar. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 73. *&* 79., *& tract.* 2. *lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 2., *& tract.* 4. *de Ration. Reddend. lib.* 5. *cap.* 10. *n.* 7.

Quid autem ſi iſtud Caput caſalis habitet domum communem, an teneatur conferre mercedem locationis? vide Michalor. *de Fratr. p.* 3. *cap.* 36. *n.* 35., Cald. *de Emption. & Vendit. cap.* 9. *à n.* 19., Ægid. *in L. Ex hoc jure. p.* 1. *cap.* 6. *n.* 31. *&* 32., Valaſc. *de Partit. cap.* 4. *n.* 18., Pacion. *de Locat. cap.* 35. *à n.* 37., Fontanel. *de Pact. nuptialib. gloſ.* 9. *p.* 2. *n.* 8. *clauſ.* 4., Aylon. *ad Gom. lib.* 2. *Var. cap.* 3. *ſub num.* 15., Guerreir. *tract.* 4. *de Ration. Reddend. lib.* 5. *cap.* 10. *n.* 21.

Ad verb. *Ou terá cada hum delles outro tanto tempo os ditos bens*; nota, quòd hæc alternativa non habet locum, niſi quando fructus ſunt conſumpti, & ille qui conſumpſit, non eſt ſolvendo; Valaſc. *de Partit. cap.* 4. *n.* 15. ubi tradit judicatum, *& cap.* 22. *n.* 5.

(b) Ad materiam hujus Ordinationis, vide Molin. *de Juſt. & Jur. diſp.* 245. *n.* 7., Cald. *Recept. ſentent. q.* 21. *n.* 4., Guerreir. *de Diviſion. lib.* 6. *cap.* 12. *à n.* 52. Quando enim in judicio partitionis ſupervenit dubium, altiorem indaginem requirens, ad judicium ordinarium reſervatur, & proceditur in partitione, & in illius executione, Valaſc. *de Partit. cap.* 8. *n.* 51., Themud. *tom.* 3. *dec.* 298. *n.* 25., Peg. *tom.* 7. *ad Ord. lib.* 1. *tit.* 87. §. 4. *n.* 267. *verſic. Sed quia. & n.* 66. *&* 67. Judicium enim diviſionis ſummariſſimum eſt, in quo non admittuntur quæſtiones, altiorem indaginem requirentes, Guerreir. *de Diviſ. lib.* 8. *cap.* 2. *n.* 27., aliàs daretur occaſio nimium differendi partitionem bonorum, quod jus noſtrum Regium maximè vitare nititur, ut repetit Valaſc. *de Partit. cap.* 5. *n.* 15.

(c) Ad materiam hujus Ordinationis, vide Reynoſ. *obſerv.* 37. *n.* 26., Valaſc. *conſ.* 79. *n.* 17., Menoch. *de Recuper. poſſeſſ. remed.* 1. *n.* 323., Guerreir. *tract.* 2. *de Diviſion. lib.* 6. *cap.* 12. *à n.* 52. Et nota, quòd diſpoſitio hujus Legis non ſolùm habet locum inter cohæredes, ſed etiam inter hæredes cohæredum; Phæb. *p.* 2. *dec.* 64. Non habet tamen locum inter ſocios, qui faciunt diviſiones, vel inter donatarios, vel ceſſionarios cohæredum; Phæb. *p.* 2. *areſt.* 63. Nec quando diviſiones petuntur via ordinaria per libellum; Phæb. *p.* 1. *areſt.* 90., Salgad. *de Reg. protect. p.* 3. *cap.* 6. *n.* 11., Larrea *dec.* 58. *n.* 5.

Nota etiam, quòd hoc ſequeſtrum cum ſit neceſſarium, non privat poſſeſſorem ſua poſſeſſione; Cald. *Recept. ſent. q.* 21. *n.* 4. Et ab hac ſequeſtratione neceſſaria, quam lex fieri jubet, non datur appellatio; Salgad. *de Reg. protect. p.* 2. *cap.* 16. *à n.* 11., nec cautione hoc ſequeſtrum tollitur; Guerreir. *de Diviſ. lib.* 6. *cap.* 12. *n.* 54., & declarat hæc Ordinatio in §. 13., quia ſequeſtrum fidejuſſione ſolummodò tollitur, quando ſit mandato Judicis pro ſecuritate, & cautione, non verò quando ex Legis diſpoſitione fieri jubetur; Arouc. *in L.* 2. §. 1. *ff. de Rer. diviſ. n.* 261. Et vide ſupra notata in verb. *Herdeiro, que fica em poſſe da herança, e allega dûvidas, antes de ſe fazer a partilha, he tirado da poſſe, &c.*

(d) Ad hanc Ordinationem vide Valaſc. *de Partit. cap.* 4. *à n.* 8.

(e) Vide Valaſc. *de Partit. cap.* 4. *n.* 13.

(f) Hanc Ordinationem repetit Molin. *de Juſt. & Jur. tract.* 2. *diſp.* 245. *n.* 11., & de ejus materia vide Valaſc. *de Partit. cap.* 39. *ex n.* 72. Si tamen in partitionibus tam graves adſint errores, qui nullo modo emendari poſſint, niſi aliam diviſionem faciendo, tunc annullari debet prima diviſio, & fieri ſecunda, ut ex Valaſc. *d. cap.* 39. *n.* 70. *&* 77., Gabr. Per. *dec.* 15. *n.* 3. *in fin.*, Card. de Luc. *lib.* 9. *tit. de Teſtament. diſc.* 30. *n.* 10. *&* 11., Peg. *tom.* 7. *ad Ord. lib.* 1. *tit.* 87. §. 4. *n.* 270., tenet Guerreir. *de Diviſ. lib.* 8. *cap.* 17. *n.* 2.

Poteſt etiam annullari partitio, ſi facta ſit coram Judice improrogabili, & incompetenti; Valaſc. *d. cap.* 39. *n.* 1., Auguſt. Barboſ. *ad Text. in L. Etiamſi.* 2. *Cod. Commun. utriuſq. Judic. n.* 4. Vel ſi facta ſit cum aliquo, quem poſtea inveniatur non eſſe cohæredem; Auguſt. Barboſ. *ad Text. in cap. Si poſt diviſionem.* 4. *n.* 3. *Cod. de Jur. & fact. ignorant.*, Valaſc. *de Partit. d. cap.* 39. *n.* 67., qui in hoc cap. agit de tota materia, vel ſi facta fuerit ſine citatione cohæredum omnium, de quo vide Guerreir. *de Diviſ. lib.* 3. *cap.* 9. *per tot.*, & deliberationes, quas congeſſit doctiſſimus D. França *in Annotat. ad Mend. à Caſtr. areſt.* 38.

(a) Ex

Partilha feita pelos coherdeiros entre ſi, ſem auctoridade de juſtiça, ſe naõ poderá deſfazer, depois de ſer por elles aſſignada em actos, ou eſcriptura pûblica, *liv.* 4. *tit.*96. §. 18. (a)

Partilha, em que alguem foi enganado álem da amétade do que juſtamente lhe podia pertencer, ſe naõ desfará, mas ſe comporá pelos outros herdeiros a direita parte daquelle que foi leſo, *ibid.* (b)

Partilha, em que alguem foi leſo na ſexta parte, a poderá reclamar dentro de hum anno, e ſe lhe comporá a ſua direita parte, *ibid.* §. 19. (c)

Partilha, quando ſe emendar pela leſaõ da ſexta parte, ſe entenderá eſta ſexta parte reſpectivamente a todo o quinhaõ do herdeiro, que allegar a dita leſaõ, *ibid.* §. 20. (d)

Partilha, em que forem leſos alguns menores, a poderáõ desfazer pelo beneficio da reſtituiçaõ, *ibid.* §. 21. (e)

Partilha, ſendo acabada, ſe metteráõ os herdeiros de poſſe dos ſeus quinhoẽs, ſem embargo de quaeſquer embargos, appellaçoẽs, ou aggravos, *ibid.* §. 22. (f)

Partilha dos afforamentos perpetuos ſe ha de fazer por eſtimaçaõ entre os filhos, ou herdeiros, *ibid.* §.23. (g)

Partilha,

(a) Ex hac Ordinatione patet, quòd cohæredes poſſunt extrajudicialiter inter ſe facere diviſionem hæreditatis abſque interventu, ſeu præſentia Judicis; de quo vide Valaſc. *de Partit. cap.* 1. *n.* 4. Debet tamen de hoc fieri ſcriptura, ſicut de aliis conventionibus, ſummam Legis excedentibus; nam abſque ſcriptura diviſio extrajudicialis probari non poteſt, ut patet ex hac Ordinatione, *& ex lib.* 3. *tit.* 59. *in princip.*, Guerreir. *tract.* 4. *de Ration. Reddend. lib.*6. *cap.*1. *n.*33. Et poſtquam partitio fuerit perfecta, & ad ſcripturam redacta, amplius retractari non debet; ut probatur ex hac Ordinatione, Valaſc. *de Partit. cap.*7. *n.*18.

Et licèt non appareat ſcriptura, ſufficit, quòd cohæredes diviſim bona poſſideant; nam hæc obſervantia inter hæredes ſufficit, & probari poteſt per teſtes, ut ait idem Guerreir. *d. n.* 34. Quia Ordinatio requirens publicum inſtrumentum ad probationem diviſionis procedit, quando privatæ partitiones nondum habent executionem perfectam; nam poſtquam hæredes ſe immiſcent diviſim in hæreditate, ſufficit obſervantia poſſeſſionis cohæredum ad probandam ipſam diviſionem, ut declarat idem Guerreir. *tract.*4.*lib.*8. *cap.*3. *n.*15. *&* 16. Et ſufficit, quòd hæredes ſeorſim poſſideant bona per decem annos inter præſentes, ſeu viginti inter abſentes, adhoc ut diviſio paternæ hæreditatis facta præſumatur, licèt aliter non probetur, ut ex multis latè probat Auguſt. Barboſ. *ad Text. in L. Si maior.* 4. *Cod. Commun. dividund. ex n.*6., Valaſc. *de Partit. cap.*38.*ex n.*6., & plures etiam adducit Guerreir. *de Diviſion. lib.* 1. *cap.*1. *ex n.*48., ubi latè de materia agit.

(b) Prohibet hæc Ordinatio annullari partitiones, poſtquam factæ ſunt, ſed dato errore jubet, quòd corrigantur, & emendentur, & ita obſervari dicunt Valaſc. *de Partit. cap.* 39. *n.* 70., Gabr. Per. *dec.* 55. *in princ. & dec.*15.*n.*3.*in fin.*, Ciarlin. *Controv.Forenſ.lib.*2.*cap.*118., Guerreir. *de Diviſ. lib.* 8. *cap.* 17. *n.* 1. Ideoque decernit, quòd ſiquis fuerit læſus ultra dimidium in ſua portione, debet ei refici diminutio, quin annulletur diviſio.

Quæ tamen Ordinatio debet intelligi, quando læſio allegatur à cohærede, poſtquam partitiones fuerunt judicatæ, & confirmatæ à Judice; quia antequam ſint perfectæ, poteſt allegari quilibet error, etiam modicus, quin ſit neceſſe, quòd interveniat læſio ultra dimidium; ut ait Valaſc. *de Partit. cap.*40. *à n.* 2., Guerreir. *de Diviſ. lib.*8. *cap.*5. *n.*24., & ideo quando pars appellat à ſententia, poteſt emendari in appellatione quilibet error, etiam minimus, Gabr. Per. *dec.*66.*n.*3. *verſic. Nec aliud.*, Altimar *de Nullitat. contr. tom.*4. *rubr.*1. *p.*2. *q.*29. *num.*48., Guerreir. *d. cap.* 5. *num.* 25., Valaſc. *de Partit. cap.* 39. *ex num.* 31.

Intellige etiam, quando partitiones validæ ſunt, nec aliquo nullitatis vitio laborant, in terminis, de quibus idem Valaſc. *de Partit. cap.*39. *à n.*70., & de materia vide latè Guerreir. *de Diviſion. lib.*8. *cap.* 5. *per tot.* Et nota, quòd hæc læſio ultra dimidium in partitionibus poteſt allegari intra quindecim annos, ex Ord. *lib.*4.*tit.*13. §.5. *&* 6., Valaſc. *de Partit. cap.*9. *n.*46., *& cap.*39.*n.*16., *& cap.*11. *n.*9., Pinel. *in L.* 2. *p.* 2. *à n.* 11. *Cod. de Reſcind. Vend.*, Cald. *in L. Si curatorem. verb. Vel adverſarii dolo. à n.*13., Guerreir. *d. cap.*8. *n.*23.

(c) Ad materiam hujus Ordinationis vide latiſſimè Guerreir. *de Diviſion. lib.*8. *cap.* 5. *ex n.* 1. *cum ſeqq.* Et adverte, quòd de jure communi, hæc diſpoſitio ſolùm habet locum in partitionibus judicialiter factis; ſi enim fiant ex conventione partium, tunc non retractantur niſi per læſionem ultra dimidium; Andreol. *controv.*265., Hermoſilh. *in L.*56. *tit.*5. *part.* 5. *gloſ.*9. *n.* 7., Cyriac. *controv.* 325. *n.* 28., cum pluribus Altimar *de Nullitat. contract. rubr.*1. *p.*2. *q.* 29. *n.* 68. *&* 69. Sed in terminis hujus Ordinationis ſuſtineri non poteſt hæc diſtinctio; quia ſive partitiones fiant per conventionem partium, ſive per interventum Judicis, ſemper admittitur læſio in ſexta parte, dummodo allegetur intra annum, ut inquit Valaſc. *de Partit. cap.* 39. *n.* 15. Non admittitur autem hæc allegatio læſionis ſextæ partis poſt annum elapſum, nec per viam exceptionis; Gabr. Per. *de Man. Reg. p.* 2. *cap.* 24. *n.* 4. *verſic. Neque.*, Altimar *de Nullitat. ſentent. rubr.* 8. *q.*3. *num.* 34., Guerreir. *de Diviſion. lib.*8. *d. cap.*5. *num.*23.

(d) De computatione hujus læſionis ſextæ partis in terminis hujus Legis, vide Valaſc. *de Partition. cap.* 33. *ex num.* 17.

(e) Minor, qui fuerit læſus in partitionibus, poteſt petere illarum emendationem per beneficium reſtitutionis, etiamſi læſio ſit in minus ſexta parte, & lapſus ſit terminus pluſquam unius anni; quia Ordinatio, quæ computavit læſionem ſextæ partis ad correctionem partitionis, & terminum unius anni ad allegandam talem læſionem, procedit tantummodo in majoribus; de quo vide Valaſc. *conſ.*112. *ex n.*1., *& de Partit. cap.* 39. *n.* 37. *& ſeqq.*, *& n.*42. Si tamen minor partitioni acquieſcat per quinquennium, poſtquam major effectus eſt, jam amplius non poteſt reſtitui, ut de jure probat Hermoſilh. *ad L.*4. *tit.*5. *partit.*5. *gloſ.* 12. *n.* 50., Altimar *de Nullitat. contr. tom.*4. *rubr.* 1. *p.*2. *q.* 29. *n.* 35., quod apud nos procedit in quadriennio; quia ſolùm admittitur reſtitutio ad allegandam læſionem in partitione, uſque ad viginti novem annos, ut dicit idem Valaſc. *d. cap.* 29. *num.* 42.

(f) Ad materiam hujus Ordinationis vide quæ ſupra notavimus in verb. *Appellaçaõ naõ impede a poſſe das partilhas.* Et verb. *Embargos naõ impedem a poſſe das partilhas.*

(g) Vide Doctores ſupra laudatos in verb. *Afforamentos perpetuos ſe partem entre os herdeiros por eſtimaçaõ.* Et quæ notantur in verb. *Afforamento perpetuo, que algumas peſſoas tomaõ para ſi, e ſeus herdeiros, e ſucceſſores, ſe parte por eſtimaçaõ, &c.* Ad verb. *Entre os filhos, ou herdeiros;* nota, quòd per iſta verba excluditur opinio aſſerentium, valorem emphyteuſis empte ſolummodo inter filios, aut deſcendentes emptoris dividi debere, non verò inter collaterales, & extraneos, ut apud Somar. *de Repræſent. cap.*12. §. 4.

(a) Cùm

Partilha, quando ſe fizer por eſtimaçaõ dos afforamentos perpetuos, ſe haõ de encabeçar em hum dos herdeiros, que pagará a eſtimaçaõ aos outros, *liv.4.tit.96.§.23.* (a)

Partilha ſe fará por eſtimaçaõ do afforamento perpetuo, que o marido, e mulher tomáraõ em ſua vida, entre o que vivo ficar, e os herdeiros do que fallecer, *ibid.* §. 24. (b)

Partilha, quando ſe fizer por eſtimaçaõ do prazo, que o marido, ou mulher tinha, antes que caſaſſe, ſe encabeçará o meſmo prazo naquelle que o tinha, antes que caſaſſe, ou em algum de ſeus herdeiros, *ibid.* (c)

Partilha, ſe naõ fará do prazo, que foi feito a alguma peſſoa, antes que caſaſſe, ſe nelle for conteûdo, que lhe he feito o afforamento para elle, e ſeus filhos, e ſeus deſcendentes, ſem fazer mençaõ de herdeiros, *ibid.* (d)

Partilha do vinho da Jugada baſta que hum viſinho ſe ache preſente a ella, ſendo primeiro citado quem ha de arrecadar, para que o devedor a faça, *liv. 2. tit. 33.* §. 4. (e)

Partilha, quando ſe houver de fazer, e reſultar dûvida ſobre o que ſe deve partir, devem os Julgadores declarar as couſas, que ſe haõ de partir, antes que mandem o feito aos Partidores, *liv. 3. tit. 66.* §. 5. (f)

Partilha ſe póde fazer da herança, ou couſa litigioſa entre os herdeiros, que ſobre ella litigavaõ, *liv.4. tit.10.* §.11. (g)

Partilha ſe faz entre os filhos, da doaçaõ que foi feita entre marido, e mulher, *liv. 4. tit. 65.* (h)

Partir ſe deve a caſa, que he commûa de dous, *liv.1. tit.68.* §.37. (i)

Partilha ſe ha de fazer naõ ſó dos bens do caſal, mas de tudo o que os pays derem a ſeus filhos, quer em caſamento, quer em outra maneira, para o que devem os meſmos filhos trazer tudo á collaçaõ, *liv. 4. tit.97. in princ.* (k)

Partilha ſe ha de fazer por eſtimaçaõ do prazo, que o pay, ou mãy deraõ ao filho em caſamento, ou lho traſpaſſáraõ por outro qualquer titulo em ſua vida, *ibid.* §.22. (l)

Parti-

(a) Cùm emphyteuſis de jure Regni ſit individua per partes, ut probatur ex hac Ordinatione, & ex alia *lib.4. tit.36.* §.1., & tenet Valaſc. *de Partit. cap.25. à n.1., & conſ.53.*, Carvalh. *in cap. Raynaldus de Teſtam. p.4. cap.1. ex n.216.*, Guerreir. *de Diviſion. lib. 2. cap. 8. n. 13.*, ideo decernitur in hac Lege, quòd uni tantùm hæredi adjudicetur; & ſi ejus portio totam emphyteuſim non capiat, cæteris hæredibus pretium competens ſatisfacere cogatur, de quo vide plures apud Guerreir. *d. cap.8. n.30.* In Provinciis autem Iteranenſi, & Tranſmontana ſolebant dividi emphyteuſes per partes diſtinctas; ſed ad abolendam hanc conſuetudinem, expedita fuit Lex, quam habes in Ord. *lib.4. tit.96. Coll.1. n.1.*, de quo vide ſupra notata in verb. *Afforamento perpetuo, que algumas peſſoas tomaõ para ſi, e ſeus herdeiros, &c.*

(b) Hanc Ordinationem repetit, & latè explicat Valaſc. *de Partit. cap.26. n.4. cum ſeqq.* Et vide Guerreir. *de Diviſ. lib.2. cap.8. n.33.*, ubi plures alios laudat.

(c) De materia hujus Ordin. vide Valaſc. *de Partit. cap.26. à n. 6.*, Cald. *de Empt. & Vend. cap. 27. num. 36.*, Pinheir. *de Emphyt. diſp. 5. n. 169.*, & latè Guerreir. *de Diviſ. lib 2. cap.8. ex n.85.*

(d) Vide ſupra notata in verb. *Afforamento feito para hum, e ſeus filhos, antes que caſaſſe, ou para ſeus filhos, e ſeus deſcendentes, &c.*

(e) Vide de materia Peg. *tom. 9. ad Ord. lib. 2. tit. 33. ad rubr. cap.16. ex n.54.*

(f) Vide ſupra notata in verb. *Juiz, quando manda o feito ao Contador, para que faça a conta, declara as addiçoẽs, &c.*

(g) Res litigioſa quamvis non poſſit alienari, poteſt tamen dividi inter cohæredes, ut declarat hæc Ordinatio; & de jure probatur ex Text. *in L. fin. verſic. Exceptis. cum gloſ. verb. Diviſionis. Cod. de Litigioſ.*, Lancellot. *de Attentat. p.2. cap.4. in præfat. n. 469. & 470.*, *& limit. 7. n. 1. & 2.*, Farinac. *in Fragm. p. 2. lit. L. n. 335. & 336.*, Auguſt. Barboſ. *in cap. 1. num. 23. de Confirm. util. vel inutil.*, Portug. *de Donat. p.3. cap.38. n.72.*, Cortiad. *dec.275. n.20.*

(h) Donatio facta uxori à marito, vel marito ab uxore, in totum revocatur per ſupervenientiam liberorum, & poſt mortem cujuslibet dividitur hæreditas inter ſuperſtitem, & filios, tamquam ſi talis donatio non adeſſet; Guerreir. *de Diviſion. lib.7. cap.14. n.80.*, qui limitat in donatione arrharum, quæ per ſupervenientiam liberorum non revocatur.

Limitatur etiam in qualibet donatione ex cauſa oneroſa facta, veluti quando Papa diſpenſaret cum duobus conſanguineis ex cauſa, ut vir dotaret conſanguineam pauperem; Sanch. *de Matrimon. lib.6. diſp.7. n.7.*, Boſſ. *de Dot. cap.8. n.43.*, Gabr. Per. *dec.39. n.2.*, Ægid. *in L. Ex hoc jure. p. 1. cap. 11. n. 82.*, quamvis contrarium defendit Arouc. *alleg.71.* Vel quando quis virginem à ſe ſeductam, & violatam dotaret, & duceret in uxorem; Sanch. *de Matrim. lib.6. d. diſp.7. n.6.*, Boſſ. *de Dote. d. cap. 8. ſub num. 43. verſic. Secundo valere.* Vel quando vir dotaret uxorem pro bono pacis, ad conciliandos animos conſanguineorum utriuſque conjugis, Sanch. *d. diſp.7. n.9.*, Boſſ. *d. cap.8. n.45.*

(i) Vide ſupra verb. *Caſa, que he commûa ſe deve partir, &c.*

(k) Vide quæ ſupra notavimus in verb. *Collaçaõ, quando ſe fizer, trazem a ella os filhos tudo o que os pays lhe derem em caſamento, ou por outra qualquer maneira*; ubi oſtendimus, quòd non ſolùm tenentur filii adducere ad partitiones, quæ ſibi fuerunt donata ad contrahendum matrimonium, ſed etiam ad conſtituendum patrimonium ad ſuſcipiendos ordines ſacros; de quo ultra DD. ibi laudatos, vide Hermoſilh. *ad L.9. tit.4. partit. 5. gloſ. 6. n.5.*, Portug. *de Donat. tom.1. prælud.2.* §.7., Manfrel. *ad Capyc. obſerv.175. num.14. & ſeqq.* Et cætera, quæ filii tenentur conferre, vide in loco ſupra citato, & in cæteris ſub verb. *Collaçaõ.*

(l) Filius, cui donata, & tradita fuerit emphyteuſis in vita patris, tenebitur, tempore ipſius mortis, eamdem emphyteuſim conferre, ut per illius valorem cæterorum fratrum legitimæ adimpleantur; de quo vide Valaſc. *de Partit. cap.13. n.126.*, Cald. *de Nominat. q.18. n. 1. & 2.*, Pinheir. *de Emphyt. diſp. 5. ſect. 2. n. 28.*, Carvalh. *in cap. Raynaldus, de Teſtam. p.4. cap.1. n.185.*, Ægid.

in

Partilha ſe naõ faz do prazo, em que o pay nomeou o filho para depois de ſua morte, ſalvo ſe for comprado, ou adquirido com fazenda, ou dinheiro do meſmo pay, *liv.* 4. *tit.* 97. §. 22. (a)

Partilha ſe ha de fazer das bemfeitorîas do prazo, que naõ vem á collaçaõ, *ibid.* (b)

Partilha feita huma vez do prazo, que ſe comprou no caſal, ou das bemfeitorîas de outra qualquer propriedade foreira, naõ torna mais a vir á collaçaõ, *ibid.* §.23. (c)

PARTO ſuppoſto, he hum crime em grande damno da républica, *liv.*5. *tit.*55. (d)

Parto ſuppoſto, he fingir-ſe prenhe, e dar parto alheyo por ſeu, *ibid.* (e)

Parto ſuppoſto, quanto á pena ſómente, accuſa o marido contra a mulher; e fallecido elle, ſeus herdeiros ab inteſtato, *ibid.* §.1 (f)

Parto

*in L. Ex hoc jure. p.1. cap.11. ex n. 64. & 66. cum ſeqq. ff. de Juſt. & Jur.*, Mend. *in L. Cum oportet. Cod. de Bon. quæ liber. p.2. n.99.*, Guerreir. *de Diviſion. lib.2. cap. 12. n.53. & 54.* Quia pater donans filio emphyteuſim in vita ſua abdicat à ſe poſſibilitatem vendendi illam, & tantum diminuit patrimonium in præjudicium aliorum filiorum, quantum valet ipſa emphyteuſis; de cujus materia vide latiſſimè Cordeir. *p.2. tract.3. de Jur. emphyt. dubit. 32. per tot.*, *& dubit. 33. ex n. 51.*

(a) Ad materiam, & intelligentiam hujus Ordinationis, vide Valaſc. *de Partition. cap.13. n.125.*, Cald. *de Nomin. q.18. à n.26.*, Carvalh. *in cap. Reymaldus, de Teſtament. p.4. cap.1. à n.180.*, Pinheir. *de Emphyt. diſp.5. ſect.2. à n.31.*, Guerreir. *de Diviſion. lib.2. cap.12. à n.56.*, *& à n.64.*, Cordeir. *p.2. tract.3. de Jur. emphyt. dubit.33. n.66.* Et nota, quòd filius tenetur conferre emphyteuſim à patre emptam, ſecundùm valorem, quo empta fuit, vel quem habuerit tempore partitionis, ut declarat hæcmet Ordinatio, de qua vide Cordeir. *dubit.33. ex n. 70.*

Quid autem ſi unicus filius exiſtat, & ſe abſtineat ab hæreditate, an teneatur creditoribus in æſtimatione emphyteuſis? negativè tenet judicatum Senator Joan. Alvar. da Coſt. in ſequenti Nota. *Emphyteuſis empta confertur, & in æſtimatione dividitur, ſed quando non ſunt cohæredes, filius eam habet, etſi ſe abſtineat, vel beneficio inventarii gaudeat, non tenetur creditoribus in æſtimatione, ſicut neque filius tenetur creditoribus ex officio empto. Ita judicatum na Cauſa de Luiz Paulino, com o Marquez de Valença.*

Et an id procedat in Officiis à patre emptis? declarat, quòd solùm debet conferri pretium, quo emptum fuit officium; Phæb. *dec. 115. n. 18. & 19.*, licèt Valaſc. *de Partit. cap.13. n.63. & 71.* dicat eſſe conferendam æſtimationem officii, ſecundùm tempus mortis illius, qui illud empſit; & ita judicatum refert Senator Joann. Alvar. da Coſta in ſequenti Nota. *Nos Officios comprados ſó ha de vir á Collaçaõ o preço, por que ſe compráraõ, como diz Barboſ. in L. 10. §. In arrogato. n.75. ff. de Vulgar., e rencionou largamente a favor deſta opiniaõ o Doutor Alexandre Ferreira, moſtrando que os Textos, e Doutores de Direito fallavaõ nas milicias, que eraõ vendiveis; e aſſim ſe venceo, e julgou na Cauſa de D. Iſabel de Andrade, com Joſeph Ignacio da Cunha; Eſcrivaõ o das Appellaçoẽs Manoel da Coſta Pereira, no officio de Corretor dos Seguros, anno de 1715. em 26. de Novembro; foraõ mais Juizes, Paulo de Carvalho de Attaîde, e Lopo Tavares de Araujo: e eu o julguei com mais largueza nas partilhas de Pedro Vicente.*

Et an teneatur filius conferre officium ſibi donatum contemplatione Patris? negativè refert judicatum idem Senator in ſequenti Nota: *Na appellaçaõ entre partes Noitel de Carvalho Brandaõ, e ſeus filhos, com Fernando Luiz Pereira, Eſcrivaõ Diogo Pinto, proprietario Joſeph da Sylva Paes, ſe julgou que o officio dado por contemplaçaõ dos ſerviços do pay naõ deve vir á Collaçaõ: me conjudice.*

(b) Ad materiam hujus Ordinationis vide latè Valaſc. *de Partition. cap.13. ex n. 114.*, Carvalh. *in cap. Raynaldus, de Teſtament. p. 4. cap. 1. ex n. 198.*, Guerreir. *de Diviſion. lib.3. cap. 8. ex n.13.*

(c) Poſtquam emphyteuſis, ſeu melioramenta ſemel diviſa fuerunt, non debent amplius ad diviſionem adduci, nec æſtimatio illorum à ſucceſſoribus exigi poteſt, ut diſponitur in hac Ordinatione; de qua vide Cabed. *p.2. dec.111. n.7.*, Gabr. Per. *dec.121. n.1.*, Carvalh. *in cap. Raynaldus, de Teſtament. p. 4. cap. 1. n. 195. & ſeqq.*, Pinheir. *de Cenſ., & Emphyt. p. 2. diſp. 5. ſect. §.4. n. 36.*, Barboſ. *in L. Divortio. §. fin. num. 14. ff. de Solut. matrim.*, dummodo tamen meliorationes diviſæ ſolutæ ſint cum effectu, ut judicatum maturè fuit apud Peg. *tom.1. For. cap.3. pag.246. & ſeqq.*, Gabr. Per. *d. dec.121. n.4.*

Et quid ſi emphyteuſis empta, conſtante matrimonio, poſt mortem unius ex conjugibus, maneat apud conjugem ſuperſtitem, ſoluta medietate pretii filiis; & poſtea iſte conjux ſuperſtes nominet emphyteuſim in filio, an poſt illius mortem teneatur nominatus conferre medietatem emphyteuſis ad diviſionem cum cæteris fratribus? hæc quæſtio jam expoſita, atque reſoluta eſt ſupra in verb. *Mulher he meeira na valia do prazo de nomeaçaõ, ou no preço, que elle cuſtou, quando eſte for comprado por ſeu marido.*

(d) De crimine partus ſuppoſiti vide latiſſimè Farinac. *in Prax. crimin. ſub tit. de Falſit. q.150. à n.239.* præter alios quamplures, quos ſupra laudavimus in verb. *Crime de parto ſuppoſto, a mulher, que o cometter, e dér o parto alheyo por ſeu, &c.* Hoc delictum eſt Reipublicæ ſummè damnoſum, ut declarat hæc Ordinatio; nam ex partus ſuppoſitione ordinum, familiarumque dignitas confunditur, ex Text. *in L.1. ff. de Ventr. inſpiciend.*, & fortaſſe alienæ, ſordidæque ſtirpes natalibus ingenuis audent ſubrogari, ex Text. *in L. Super ſtatu. Cod. de Quæſtion.*, ut ait Carranz. *de Partu cap.5. n.9.*, Calder. *dec. 61. n. 3.*

(e) Suppoſitionem partus, dicit hæc Lex, eſſe fictionem prægnantiæ, & aſſertum partus alieni pro ſuo, quod idem eſt ac fraus naturæ facta; nam qui partum alienum ſubjicit, naturam fallere videtur, & ideo in generalem definitionem falſi incidere videtur; de quo vide latiſſimè Farinac. *in Prax. q. 150. n. 239.*, Menoch. *de Præſumpt. lib.5. præſumpt.24. n.1.*, Carranz. *de Part. cap.5. n.2.*, Gonzal. *ad Text. in cap. Ad audientiam. 3. n. 5. de Crimine falſi.*, Calder. *deciſ. 61. n. 7.*, Molin. *de Juſt. & Jur. tom.3. diſp. 701. à num. 1.*, Portug. *de Donat. p. 3. cap. 33. num. 8.*

(f) Partus ſuppoſitionem eſſe delictum publicum, in quo procedi poſſe Officio Judicis, nemine accuſante, tenuerunt plures apud Farinac. *in Prax. crimin. q.150. n. 263.*, Calder. *dec. 61. n. 31.*, Altimar *de Nullit. tom. 8. rubr. 2. q.1. ſub n.65. pag. mihi 52.* Sed opinio, quòd ſolus maritus, vel, eo mortuo, ſuccedentes ab inteſtato tantummodo poſſunt hoc delictum accuſare, quam amplexa eſt noſtra Ordinatio, referunt idem Farinac. *d. n.263.*, Carranz. *de Part. d. cap. 5. n.23.*, Molin. *de Juſt. & Jur. diſp. 701. n. 2.*, Portug. *de Donat. Reg. p. 3. cap. 33. n.17. & ſeqq.*, Lara *de Vita homin. cap.8. n. 49. & 50.*, Altimar *de Nullit. tom.8. d. rubr. 2. q. 1. ſub n. 65. pag. 52. verſic. Maritus ſolus.*

Nec filius verus poteſt accuſare matrem de partu ſuppoſito, & ſolum poterit civiliter agere contra ipſum partum ſuppoſitum; ex Text. *in L. Hi tamen. ff. de Accuſat. L. Falſi. Cod. Ad L. Cornel. de Falſ.*, Molin. *d. diſp.701. n. 2.*, Carranz. *d. cap. 5. n.24.*, Portug. *d. cap. 33. n.18. & ſeqq.* Et quòd hoc delictum non præſcribatur ullo tempore, tenet Farinac. *in Prax. crimin. q.10. n. 29.*, Molin. *de Juſt. & Jur. d. diſp.701. n.4.*, Thom. Vaz *alleg.13. n.73.*, Lara *de Vit. homin. cap.8. n.53.*, Portug. *de Donat. d. cap.33. n. 13.* Et conjecturas, ex quibus hoc delictum probari poteſt, vide apud Farinac. *d. q. 150. ex n. 248.*, Calder. *dec.61. ex n.20.*, Altimar *de Nullit. d. rubr.2. q.1. ſub n. 65. pag. mihi 53. verſic. Præſumitur partus, &c.*

Parto ſuppoſto ſe póde accuſar contra o marido, da meſma ſorte, que contra a mulher, *liv.* 5. *tit.* 55. §. 3. (a)

PASSAES da Igreja, aindaque eſtejaõ em terra Reguenga, naõ pagaõ tributo algum, *liv.* 2. *tit.* 22. (b)

PASSADORES de gado para fóra do Reyno, tem pena de degredo, *liv.* 5. *tit.* 115.

Paſſadores de gado naõ alcançaõ perdaõ, *liv.* 1. *no Regim. dos Deſembargadores do Paço.* §. 18.

Paſſadores de gado ſaõ devaſſados, *liv.* 5. *tit.* 115. §. 19.

Paſſadores de gado, de que foi querelado ante o Juiz Ordinario, ſe remettem ao Corregedor, ou Ouvidor, *ibid* §. 28.

Paſſadores de gado, quem os deſcobrir, tem premio, *ibid.* §. 8.

Paſſar-ſe a terra de Mouros, tem pena de perdimento de ſua fazenda, *liv.* 5. *tit.* 111.

Paſſar-ſe em tempo de guerra para os inimigos, he crime de Leſa-Mageſtade, *liv.* 5. *tit.* 6. §. 3.

PASTAR com ſeu gado em queimada naõ póde ninguem até a Paſchoa florída, *liv.* 5. *tit.* 86. §. 7.

PATRONO naõ póde ſer citado por ſeu liberto, ſem licença do Juiz, *liv.* 3. *tit.* 9. §. 2. (c)

PAY naõ póde vender a ſeu filho couſa alguma ſem conſentimento dos outros filhos, ou netos, *liv.* 4. *tit.* 12. (d)

Pay, e mãy ſuccede na herança do filho, e naõ o irmaõ, *liv.* 4. *tit.* 91. (e)

Pay, e mãy ſuccede ao filho *ex teſtamento* nas duas partes de ſeus bens, *ibid.* §. 1. (f)

Pay, e mãy, naõ fazendo mençaõ do filho no ſeu teſtamento, he o teſtamento nullo, *liv.* 4. *tit.* 82. (g)

Pay he obrigado a pagar a criaçaõ do filho; e naõ tendo o pay bens, he obrigada a mãy, *liv.* 4. *tit.* 99. §. 2. (h)

Pay

(a) In crimine partus ſuppoſiti punitur æqualiter maritus, ſi concurrat ad hoc delictum perpetrandum; nam in hoc atroci crimine agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur, etiam poſt mortem matris; Farinac. *de Falſit. q.* 150. *n.* 244., Molin. *de Juſt. & Jur. tom.* 3. *diſp.* 701. *n.* 2. *in fin.*, Lara *de Vit. homin. cap.* 8. *n.* 55., Carranz. *de Part. cap.* 5. *n.* 19., Calder. *dec.* 61 *n.* 8. *&* 15., Altimar *de Nullit. tom.* 8. *rubr.* 2. *q.* 1. *ſub n.* 65. *pag. mihi* 53. *col.* 1. *verſic. Et agentes.* De pœna autem obſtetricum alienum partum ſupponentium; vide Carranz. *d. cap.* 5. *ex n.* 13., Calder. *d. dec.* 61. *ex n.* 15.

(b) De hac Ordinatione vide Gabr. Per. *dec.* 22. *n.* 8., & latè Fragoſ. *de Regim. Reip. p.* 2. *diſp.* 24. §. 5. *ex n.* 11. Et nota, quòd hæc Lex dicit immunes eſſe Eccleſias, & earum ſedimina à ſolutione tributi Regalis, etiamſi ſint intra patrimonium Regis, vulgò *Reguengo*, ſi aliunde ex alio titulo, vel Forali non conſtet de illius ſubjectione, exceptis ſediminibus Eccleſiarum Regii patronatus; ex quo ſequitur, quòd aliæ Eccleſiæ, quæ non ſunt Patronatus Regii, debent ſolvere tributum Regale propter ſituationem intra limites Regii patrimonii; ſed contrarium benè oſtendit Peg. *tom.* 9. *ad Ord. lib.* 2. *tit.* 33. *ad Rubr. n.* 146. Et an hæc paſſalia, ſeu ſedimina, poſſint in emphyteuſim concedi? vide Fragoſ. *d. diſp.* 24. *d.* §. 5 *ex n.* 11.; & quæ ſupra notavimus in verb *Foreiro do prazo da Corôa, Mórgado, Capella, ou Commenda, naõ póde dar dinheiro de entrada, &c.*

(c) Vide ſupra verb. *Liberto naõ póde citar ao ſeu Patrono ſem licença.*

(d) Ad materiam hujus Ordinationis vide Barboſ. *in Caſtigation. ad Ord. lib.* 4. *n.* 146., Molin. *tract.* 3. *diſp.* 345. Pinel. *in rubr. de Reſcind. Vendit. p.* 2. *cap.* 2. *à n.* 10., Flor. *ad Gam. dec.* 296., Cald. *de Empt. cap.* 8. *n.* 32., *& de Renovat. q.* 16. *n.* 64. Et amplia diſpoſitionem hujus Ordinationis, etiamſi filii ſint emancipati, ut jam ſupra oſtendimus in verb. *Neto naõ póde fazer contracto de compra, ou troca com ſeu avô, ſem conſentimento dos outros netos, filhos, ou deſcendentes, &c.*

Quid autem de filio ſpurio, an pater poſſit ei aliquid vendere, inconſultis cæteris filiis? affirmativè videtur reſolvendum, quia ſpurius tunc capit rem venditam tanquam extraneus; & jure ſuo acquirit, & pater nullam in eum exercet liberalitatem, ſed negotium, & commercium cum eo habet, quod parentibus reſpectu ſpuriorum non prohibetur; Gom. *in L.* 9. *Taur. n.* 35., Pinheir. *de Teſtam. diſp.* 5. *ſect.* 1. §. 4. *n.* 87. *&* 88., Fragoſ. *de Regim. Reip. p.* 3. *lib.* 1. *diſp.* 2. §. 4. *n.* 148. *verſic. Dictum eſt.*, Peg. *in tract. de Spuriis, cap.* 20. *n.* 2. Non ſufficit tamen, quòd pater aſſerat recipiſſe pretium; quia debet aliunde probari, propter ſuſpicionem fraudis, ut declarant omnes ſupra relati Doctores. Sed ut hæc ſuſpicio purgari poſſit, ſufficiunt indicia, vel ſemiplena probatio unius teſtis, ut ex Caſtilh. & Noguerol. probat idem Peg. *d. cap.* 20. *n.* 3.

(e) Hæc Ordinatio eſt correctoria juris communis; nam ex eo ſuccedebant fratres unà cum patre, vel matre in hæreditate filii defuncti, ut patet ex Auth. *Defuncto, Cod. Ad S. C. Tertullian.*, de qua vide Michalor. *de Fratr. p.* 3. *cap.* 14. *ex num.* 3., Molin. *de Juſt. & Jur. tract.* 2. *diſp.* 159. *n.* 5., Gom. *in L.* 6. *Taur. n.* 4., Cald. *Recept. ſentent. lib.* 2. *cap.* 42. *ex n.* 1., Manz. *in Epitom. ſucceſſ. ab inteſt. diſſert.* 4. *q.* 3. *à num.* 9. *& per tot.* Sed hoc jus extat correctum per hanc Ordinationem, & per Leges Hiſpaniæ, in quibus decernitur, quòd in ſucceſſione filii ab inteſtato parentes excludunt alios filios ſuperſtites, ut tenent DD. ſupra relati, & præter eos Peg. *de Competent. p.* 2. *cap.* 98. §. 4. *n.* 171., Guerreir. *de Diviſion. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 37.; & ibi per totum latiſſimè agit de ſucceſſione aſcendentium. Et vide ſupra verb. *Mãy ſuccede na herança do filho, e naõ o irmaõ.*

(f) Ad materiam hujus Legis vide quæ ſupra notavimus in verb. *Filho, que fallece com teſtamento, ou ſeja emancipado, ou eſteja em poder de ſeu pay... deve-lhe deixar as duas partes de ſeus bens, &c.* Quid autem ſi filius diſponat de tertia in favorem alicujus, vel animæ ſuæ, relicta patri legitima, quæ illi de jure debetur, an pater ipſe dum vivit, habeat uſumfructum in ipſa tertia, ſicut habiturus erat, filio vivente? hanc quæſtionem diſputat Gom. *in L* 6. *Taur. n.* 13., & negativam amplectitur ſententiam in *n.* 14.

(g) Vide ſupra notata in verb. *Filho ſe o pay naõ fizer mençaõ delle no teſtamento, &c.*

(h) Vide ſupra verb. *Criaçaõ do filho he obrigada a mãy a pagar, naõ tendo o pay bens para iſſo.* Et iterum in verb. *Mãy he obrigada a pagar a criaçaõ do filho, naõ tendo o pay bens para iſſo.* Et de hac obligatione parentum alendi liberos, vide noviſſimè, ac eruditiſſime Clariſſimum Dominum Senatorem Amatorem Antonium de Souſa Bermudes in ſuo pulcherrimo tract. *de Mutua oblig. parent. & filior.*, qui adhuc ſub prælo ingemiſcit, *cap.* 16. *per tot.*, *& cap.* 17., *& cap.* 18.

(a) Vide

Pay naõ póde ſer citado por ſeu filho legitimo, ou natural, *liv.* 3. *tit.*9. §.1. (a)

Pay adoptivo naõ póde ſer citado pelo filho adoptivo, *ibid.* §. 2. (b)

Pay fica obrigado pelo contracto, feito por ſeu filho, que tem em ſeu poder, ſendo elle negociador, *liv* 4. *tit.*50. §.3. (c)

Pay tem o uſufructo nos bens adventicios do filho, que eſtá debaixo do ſeu poder, *liv.* 4. *tit.* 98. §.7. (d)

Pay naõ póde haver o uſufructo dos bens do filho, quando lhe ſaõ dados, ou deixados ſob tal condiçaõ, que o pay naõ haja o uſufructo, *ibid.* (e)

Pay

(a) Vide ſupra verb. *Citaçaõ feita ao pay, ſogro, ou padraſto, &c.* Et verb. *Filho familias póde demandar a ſeu pay, &c.*

(b) Vide ſupra verb. *Filho adoptivo, durando a adopçaõ, naõ póde citar a ſeu pay adoptivo.*

(c) Vide ſupra notata in verb. *Empreſtimo feito ao filho familias, que eſtá em alguma lója, &c.* Et an pater teneatur pro adminiſtratione filii in officio publico? vide Larr. *alleg.*112. *ex n.*19., Altimar *ad Rovit. conſ.*24. *ex n.*2. *lib.*3., Amay. *in L.*1. *Cod. de Decurion. lib.*10. Quod non procedit in filio emancipato, *ex L.*1.*Cod.de Filiis-familias lib.*10., Barboſ. *in L.Si cum dotem.*13.§.*Tranſgrediamur.n.*10. *in fin.ff. de Solut. matrim.*, Merlin. *de Pignor. lib.* 3. *tit.* 1. *q.*19.*n.*2., Altimar *d. conſ.*24. *Rovit. n.*11. Nec in filio naturali; Arouc. *in L. Inviti.* 11. *ff. de His, qui ſunt ſui, vel alieni juris. n.* 6.

Et an pater obligetur pro dote, quam recepit filius-familias, uxorem ducturus, ipſo patre conſentiente? vide latiſſimè Boſſ. *de Dote.cap* 12 *per tot.*, Berſſan. *de Viduis, cap.*2. *q.*19., Hodiern. *ad Surd.dec.*47., Altimar *ad Rovit. d. conſ.* 24. *ex n.* 12., Fontanel. *de Pact. nuptial. clauſ.*7. *gloſ.*3. *p.* 12., Pacion. *alleg.* 50., Merend. *lib.* 16. *controv.* 50. Et nota, quòd ſi pater conſentiat filium-familias onus domus portare, & mercari, tenetur de contractibus filii circa domus adminiſtrationem; Calder. *dec.*75. *n.*5. *in fin.*

(d) Ad materiam hujus Ordinationis vide Cabed. *dec.*99. *n.*4., Conciol. *alleg.* 47., Carvalh. *in cap. Raynaldus, de Teſtam. p.*4. *cap.*1.*n.*152., Mend. à Caſtr. *in L.Cum oportet. p.*2. *n.*104. *Cod. de Bon. quæ liber.*, latiſſimè Caſtilh. *de Uſufruct. cap.*3. *per tot.*

Et nota, quòd pater in adventitiis, in quibus habet uſumfructum, efficitur legitimus adminiſtrator filii, tam in judicio, quàm extra, & abſque decreto Judicis, ſed propria auctoritate poteſt ad libitum uti; Gom. *in L.* 48. *Taur. num.* 145., Cald. *in L. Si curatorem. verb.Contractum feciſti.n.*5.*verſic.Si autem pater.*; & verb. *Læſis.n.*133., Paſchal. *de Virib. patr.poteſt. cap.*3. *n.*32. & 33., Barboſ. *in L.*3.*n.*7. *ff. de Solut. matrim.*, Caſtilh. *de Uſufr. cap.*3. *n.*10., Conciol. *alleg.*47. *n.*19.

Nec ſatiſdare tenetur de bene utendo, & fruendo, arbitrio boni viri, nec de reſtituendis rebus, finito uſufructu, nec adminiſtrationis rationem reddere; Gom. *in L.*48.*Taur. n.*15., Paſchal. *de Virib. patr. poteſt. d.cap.*3.*n.*51., Fontanel. *de Pact. nuptial. clauſ.*4.*gloſ.*7. *p.*3.*n.*19., Michalor. *de Fratrib. p* 1. *cap.*3. *n.*21., Caſtilh. *de Uſufr.cap.*3.*n.*85. Et ob uſumfructum patris non poteſt filius abſque illius conſenſu adventitia alienare; Gratian. *For. cap.*781. *n.*1.& 2., Caſtilh. *de Uſufr. cap.* 34. *n.*8. *verſic. Qui addunt.*, Michalor. *de Fratr.p.*1.*cap.*3.*n.*17., & *cap.*10. *n.* 3., Sanch. *de Matrim. lib.* 6. *diſp.*39. *n.* 8., & *ad Præcept. Decalog. lib.*2. *cap.*15. *n.*9.

Et nec propter delictum filii poſſunt confiſcari; Peregrin. *de Jur. Fiſc. lib.* 5. *artic.* 1. *n.*128., Clar. *in Pract. crimin.* §. *fin. q.*78 *verſic. Sed quidquid in adventitiis*, Paſchal. *de Virib. patr. poteſt. p.*1. *cap.*3. *n.* 26., Farinac. *in Prax. crimin. q.*24. *n.* 5., Sanch. *ad Præcept. Decalog. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 9., Sylv. *ad Ord. lib.* 3. *tit.* 86. §. 23. *n.* 22., Moraes *de Execut. lib.*2. *cap.*20.*n.*98. Nec etiam ob delictum patris confiſcatur uſusfructus, quem habet in bonis adventitiis filii; Cabed. *p.* 1. *dec.* 185., Petr. Paul. Guazin. *in tract. Ad defenſam animarum, lib.*2. *defenſ.*6. *cap.*49. *n.* 59., P. Diana *p.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 61. Sed vide de materia latè Farinac. *in Prax. q.*24. *ex n.* 29., Peregrin. *de Jur. Fiſc.p.*5. *ſub n.*129., Lagun. *de Fruct. p.*2. *cap.*5. *n.*104.

Nec poſſunt pignorari ob aliquod debitum; Mend. à Caſtr. *p.*1. *lib.*3. *cap.*21. *n.*24., Oliveir. *de Muner. Proviſ. in Addit. ad cap.*3.*n.*21. *circa fin.*, ubi refert judicatum. Et an pater habeat uſumfructum in bonis relictis filio, tempore, quo in ventre fuit? negativè reſolvit Arouc. *in L. Item.* 3. *ff. de His, qui ſunt ſui, &c. n.* 18. Licèt contrarium teneat Michalor. *de Fratrib. p.*1. *cap.*3. *n.*20., allegans Boerium *dec.* 172., quem refutat idem Arouc. *d. num.* 18.

Et an mortuo filio, remaneat patri uſusfructus? affirmativè ex Text. *in L. fin. Cod. ad S. C. Tertullian.*, Pinel. *in L.* 1. *Cod. de Bon. matern. num.* 39., Michalor. *de Fratrib. p.*1. *cap.*3. *num.*15., Portug. *de Donat. p.* 3. *cap.* 23. *n.*48., Molin. *de Juſt. & Jur. diſp.*232. *n.*3. & 7., Caſtilh. *de Uſufr. cap.*3. *n.*44. Doctiſſimus, ac Clariſſimus Senator Dominus Amator Antonius de Souſa Bermud. *in tract. de Mutua Oblig. parent. & filior. cap.* 2. *n.* 122. Quod intellige non ſolùm de morte naturali, ſed etiam civili, utpote, ſi filius Religionem ingrediatur; de quo vide DD. quos ſupra laudavimus in verb. *Bens do filho adventicios tem o pay o uſufructo nelles.*

Et an pater habeat uſumfructum in bonis filii Clerici? quæſtio eſt dubia, de qua vide ſequentem Notam Senatoris Joann. Alvar. da Coſta, ibi: *Utrum autem pater habeat uſumfructum in bonis adventitiis filii Clerici? Dic, quòd ſic, ex hac Ordinatione, & cum Barthol. & Gom. tenet Reynoſ. obſerv.*17. *n.*14., *ubi Additionator refert pro hac ſententia Auguſt. Barboſ., Sanch., Molin., Cald., Rebell., & alios. Pro negativa ſtat latè ac doctè Valenzuel. conſ.* 5., *& pro hac judicavi; de quo vide ultra relatos Cardoſ. in Praxi, verb. Clericus. n.* 70., *Gratian. Forenſ. cap.* 464. *Et vide Pinheir. de Teſtam. diſp.*1. *ſect.*4. *n.*119., *ubi agit, an poſſit filius Clericus de prædictis bonis teſtari.*

Et an, quando pater privatur adminiſtratione ob diſſipationem bonorum adventitiorum, privatus ſit utique uſufructu? affirmativè tenent Mend. *in L.Cum oportet. p.*2. *n.*131., Caſtilh. *de Uſufruct. cap.* 3. *n.*100., Molin. *de Juſt. & Jur. diſp.* 228. *n.* 5. *in fin.*, Barboſ. *in L. Si conſtante. num.*41. *ff. de Solut. matrim.*, Giurb. *ad Stat. Meſſan. cap.* 7. *gloſ.*9. *n.*15. & 16., Cortiad. *dec.*184. *n.*4., Maced. *dec.* 11, Ord. *liv.* 3. *tit.* 9. §. 4. Non tamen privabitur propter prodigalitatem, vel aliam cauſam; Arouc. *in L.* 8. *n.* 2. *ff. de His, qui ſunt ſui.*, & *in L.*20. *n.*33. *ff. de Stat. homin.*, quia non valet hoc argumentum: Pater non habet adminiſtrationem: ergo neque uſumfructum; Creſp. *de Valdaur. obſerv.*108. *num.* 6., & vide Lagun. *de Fruct. p.* 2. *cap.*5. *n.*93. & 94. Et de aliis utilibus quæſtionibus ad materiam, vide remiſſivè Peg. *tom.*7. *ad Ord.lib.*1. *tit* 87. §.6. *num.*74. & 75.

(e) Hæc eſt prima limitatio ſuprapoſitæ concluſionis; nam pater non habet uſumfructum in bonis filio relictis ea conditione, ne ad patrem uſusfructus perveniat, ut declarat hæc Ordinatio, quæ deducitur ex Auth. *Excipitur, Cod. de Bon. quæ liber.*, de cujus materia vide Michalor. *de Fratrib. p.*1. *cap.*3. *num.*25., Portug. *de Donat. p.*3. *cap.*23. *ex n.*19., Gom. *in L.*48. *Taur. num.* 10. *verſic. Tertio principaliter.* Fontanel. *de Pact. nuptial. clauſul.*4. *gloſ.*7. *p.*3. *n.*22., Gall. *de Fructib. diſp.* 36. *artic.* 4. *ſub num.*5. *verſic. Decimus octavus.*, Cald. *in L. Si curatorem. verb. Læſis. à n.*144. *cum ſeqq.*, Caſtilh. *lib.*1. *Controv. cap.*3. *num.* 54., Fragoſ. *de Regim. Reip. p.*3. *lib.* 2. *diſp.*3. §.1. *ex n.*130., Lagun. *de Fruct. p.*2. *cap.*5. *ex n.*90., Peg. *de Competent. p.*2. *cap.*98. §.4. *n.*166., & *tom.*7. *ad Ord. lib.*1. *tit.*87. §.6. *n.*78. Et ut cenſeatur patri uſusfructus prohibitus, non eſt neceſſe, quòd prohibitio ſit expreſſa, ſed ſufficit

Pay naõ tem o uſufructo nos bens do filho, ſe elle o renunciar, e lhe approuver de o naõ haver, *liv.* 4. *tit.* 98. §. 2. (a)

Pay naõ tem o uſufructo nos bens dados, ou deixados ao filho, ſe elle os houve ſem conſentimento do meſmo pay, por elle lho naõ querer dar, *liv.*4. *tit.*98. §. 3. (b)

Pay naõ tem o uſufructo do uſufructo deixado ao filho, *ibid.* §. 4. (c)

Pay

ficit tacita, dummodo talia ſint verba, per quæ hæc prohibitio deduci poſſit; Molin. *de Primogen. lib.* 1. *cap.* 19. *à n.*31., Cald. *in L. Si curatorem. verb. Læſis. n.*145. *Cod. de In integr. reſtitut.*, Lagun. *de Fruct. p.*2. *cap.*5. *n.*92., Andreol. *controv.* 224. *n.* 3., Caſtilh. *lib.* 1. *Controv. cap.* 3. *num.* 57.

Ex quo venit dubitandum: An ſi filio relinquantur aliqua bona, adjecta clauſula, quòd pater non poſſit illorum adminiſtrationem aſſumere, induci poſſit ex hac prohibitione, quòd etiam patri cenſetur prohibitus uſusfructus? quæſtio eſt valde dubia, aliqui enim DD. tenent, quòd prohibita adminiſtratione patri, cenſetur etiam prohibitus uſusfructus, & ita fuit deliberatum in Sacra Rota apud Farinac. *in Poſthum. tom.* 2. *dec.* 547. *num.* 5., Cald. *in L. Si curatorem. verb. Læſis. ſub n.*151. *verſic. Ultimo ceſſat.*, Sabel. *in Summ. poſt* §. *Uſusfructus. in* 2. *argum.*, quod incipit, *Conveniunt præſtantiſſimi DD.* in verſic. *Poſtremo tandem.*

Sed cum hoc dubium in Senatu Cathaloniæ acerrimè diſceptaretur, evictum fuit in favorem patris, quòd ſcilicet, per prohibitionem adminiſtrationis, non cenſeretur patri uſusfructus prohibitus, ut refert Fontanel. *de Pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſ.* 7. *p.* 3. *n.* 24. & *ſeqq.*, quem ſequuntur Andreol. *controv.*423. *n.* 26., Lagun. *de Fruct. p.*2. *cap.*5. *n.*93., Creſp. *de Valdaur. obſerv.*108. *n.*6., Olea *de Ceſſ. jur. & act. tit.* 2. *q.* 6. *n.* 47.; qui tamen hoc diſſidium conciliare intendit, dicendo, quòd ſi patri prohibeatur adminiſtratio ex aliqua cauſa expreſſa, veluti, quia prodigus, vel diſſipator eſt, tunc cenſetur prohibitus uſusfructus; ſi verò nulla exprimatur cauſa, tunc uſumfructum pater habere debet. De quo vide ſupra notata in fine Notæ ad concluſionem proximè præcedentem. Et ſi patri interdicatur uſusfructus, an etiam cenſeatur interdicta bonorum adminiſtratio? vide Caſtilh. *d. cap.* 3. *ex n.* 59., ubi diverſas Doctorum ſententias affert, & eas benè conciliat in *n.* 63. & 64., Fontanel. *de Pact. nuptial. clauſ.*4. *gloſ.*7. *p.*3. *cap.*23. *n.*22., Cald. *in L. Si curatorem. verb. Læſis. n.*147.

Adverte tamen, quòd prohibitio uſusfructus adverſus patrem, non poteſt fieri in illis bonis, in quibus filius de jure deberet ſuccedere, ſicut legitima matris, ut declarat Michalor. *de Fratrib. d. cap.* 3. *n.*26., Boſſ. *de Patr. poteſt. cap.*5. *ex num.*85. & 89., Gom. *in L.*48. *Taur. n.*11., Fragoſ. *de Regim. Reip. p.*3. *lib.*2. *diſp.*3. §.1. *n.*130. *verſic. Cæterum. in fin.*, Peg. *de Competent. d. cap.* 98. §. 4. *num.*166., Cald. *in L. Si curatorem. verb. Læſis. n.*146. *verſic. Contrariam. Cod. de In integr. reſtitut.*, Portug. *de Donat. d. cap.*23. *num.* 21., Lagun. *de Fructib. p.*2. *cap.*5. *num.* 95., Arouc. *in L.*8. §.1. *n.*9. *ff. de His, qui ſunt ſui, vel alien. jur.*

Sed hæc concluſio eſt etiam valdè dubia; nam plurimi DD. tenent, quòd etiam in legitima ſervanda eſt prohibitio uſusfructus adverſus patrem, & ita aſſerunt Molin. *de Primogen. lib.*1. *cap.* 19. *n.* 32., Gall. *de Fructib. diſp.*36. *artic.*4. *ſub n.*25. *verſic. Decimus octavus.*, Card. de Luc. *lib.*6. *ſub tit. de Dot. diſc.* 140. *n.* 3., Gutierr. *in Repetit. cap. Quamvis pactum. de Pact. in Sext.* §. 5. *ex num.*18., Merlin. *de Legitim. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 4. *n.*8., & plures alii apud Cald. *in L. Si curatorem. verb. Læſis. n.* 146. Et an prohibito uſufructu patri in bonis filii, extendatur hæc prohibitio quoad fructus, & commoditates? vide Caſtilh. *de Uſufruct. cap.*3. *à n* 54. & 58., Cald. *in L. Si curatorem. verb. Læſis. n.*144. *Cod. de In integr. reſtit.*, Lagun. *de Fruct. p.*2. *cap.*5. *ex n.* 80.

(a) Secunda limitatio ſupradictæ regulæ, ſeu potiùs ſecundus caſus, in quo pater non habet uſumfructum in bonis filii, eſt, quando ille renuntiaverit talem uſumfructum, & eum noluerit habere, ut diſponitur in hac Ordinatione, & ex Text. *in L. Cum oportet.* §. *Non autem. verſic. Sin autem. Cod. de Bon. quæ liber.*; de cujus materia vide Boſſ. *de Patr. poteſt. cap.*5. *ex n.*104., Valaſc. *de Partit. cap.* 13. *ex n.* 137., Fragoſ. *de Regim. Reip. p.* 3. *lib.*2. *diſp.*3. §. 1. *à n.* 138., Salgad. *in Labyrint. credit. p.*2. *cap.*15. *ex n.*50., Card. de Luc. *ſub tit. de Dot. diſc.*148. *ex n.*14., Rocca *cap.*49. *n.*80. & 81., Portug. *de Donat. tom.*2. *p.*3. *cap.*23. *à n.*23., Michalor. *de Fratrib. p.*1. *cap.*3. *n.*35., & *cap.* 5. *à n.* 6., Peg. *de Compet. p.*2. *cap.* 98. §. 4. *n.*175., & *tom.*7. *ad Ord. lib.*1. *tit.* 87. §.6. *n.* 79.; remanet tamen pater legitimus adminiſtrator, quamvis uſumfructum renuntiet, Olea *de Ceſſ. jur. tit.* 2. *q.*6. *num.* 47. *verſic. Adminiſtrationem.*

Sed quæſtio eſt in hoc caſu: An renuntiante patre uſumfructum, quem habet in bonis filii, poſſit hoc juſtè fieri in præjudicium aliorum filiorum; ſeu potius teneatur ipſe filius, poſt obitum patris, hunc uſumfructum remiſſum cæteris fratribus conferre? vide ad reſolutionem Hermoſilh. *ad L.*3. *tit.*4. *partit.*5. *gloſ.* 6. *n.*28., latè Carvalh. *in cap. Raynaldus, de Teſtam. p.* 4. *cap.* 1. *ex n.*156., Molin. *de Juſt. & Jur. tract.*2. *diſp.* 8. *ſub n.* 2. *verſic. Secundus eſt*, Gall. *de Fruct. diſp.*36. §.4. *n.*13., Salgad. *in Labyrint. credit. p.*2. *cap.* 15. *ex n.* 27. & 50., Lagun. *de Fructib. p.*2. *cap.* 5. *ex num.* 112., Cald. *in* §. *Sed hæc. cap.*2. *n.* 99. & 110. *Inſtit. de Inoffic. teſtam.*, Fragoſ. *de Regim. Reip. p.* 3. *lib.* 2. *d. diſp.* 3. §.1. *num.* 139. *verſic. Quare.*, Addition. ad Reynoſ. *obſerv.*42. *ad n.* 23. *verſic. Cujus occaſione.*, Gabr. Per. *dec.* 55.

Quid autem, ſi pater expreſſè non renuntiet, ſed conniventibus oculis, filium per aliquos annos fructus percipere permitat; an filius teneatur in hoc caſu fructus perceptos cæteris fratribus conferre? vide latè Lagun. *de Fructib. p.*2. *d. cap.*5. *ex n.*126., Valaſc. *de Partit. cap.*13. *ex n.*140., præter alios, quos laudat Peg. *tom.* 7. *ad Ord. lib.*1. *tit.*87. §. 6. *num.* 80. Et an pater renuntiare poſſit uſumfructum in præjudicium creditorum? vide Gratian. *For. cap.*271. *n.*34., Oleam *de Ceſſ. jur. tit.*2. *q.*3. *n.* 27., Gom. *ad L.* 48. *Taur. n.* 10., Mantic. *de Tacit. & ambig. lib.*13. *tit.*38. *n.*14., Cyriac. *controv.* 319. *ex num.*1., Salgad. *in Labyrint. credit. p.* 2. *cap.* 15. *ex n.* 27. & 50. Et quid? ſi pater in ejus vita majoratum transferat in filium, an teneatur poſtea iſte filius fructus perceptos cæteris fratribus conferre? vide Thom. Vaz *alleg.* 59., Oleam *de Ceſſ. jur. tit.*3. *q.*3. *n.*16. Et nota, quòd conjugatus in hoc Regno non poteſt uſumfructum remittere, quem habet in bonis filii, abſque conſenſu uxoris; Gabr. Per. *dec.*55. *ex n.* 8.

(b) Tertia limitatio, ſeu tertius caſus, in quo pater non habet uſumfructum in bonis filii, eſt, quando aliquid donatur, aut relinquitur filio, renuente patre, & nolente, quòd filius accipiat; nam ſi filius contra patris voluntatem donationem obtineat, illius uſusfructus non pertinet ad patrem; ita diſponit hæc Ordinatio, & conſtat ex Text. *in L. ultim.* §. *Sin verò pater. Cod. de Bon. quæ liber.*, Molin. *de Juſt. & Jur. tract.*2. *diſp.*8. *ſub n.*2. *verſic. Tertius.*, Michalor. *de Fratr. p.*1. *cap.*3. *n.*33., Fragoſ. *de Regim. Reip. p.*3. *lib.*2. *diſp.*3. §. 4. *n.* 137., Boſſ. *de Patr. poteſt. cap.*5. *n.*82., Portug. *de Donat. p.*3. *cap.* 23. *num.*41., Valaſc. *de Partit. cap.* 13. *n.* 146., Peg. *de Competent. p.* 2. *cap.*98. §.4. *n.*173., & *tom.*7. *ad Ord. lib.*1. *tit.*87. §.6. *n.*81.; quia non debet pater uſumfructum conſequi, à quo per recuſationem, & propria culpa alienum fecit; ut ait Surd. *conſ.* 116. *n.* 28.; ſicuti non haberet uſumfructum bonorum, quæ filius recuperavit poſt alienationem ab eodem patre factam, idem Surd. *n.*29.

(c) Quarta limitatio, ſeu quartus caſus, in quo pater non habet uſumfructum, eſt, quando filio-familias legatus, vel relictus fuerit uſusfructus; quia tunc talis uſusfructus non acquiritur patri, cum non poſſit dari

uſuſ-

Pay naõ tem uſufructo nos bens, que ElRey dér ao filho, ou ſejaõ móveis, ou de raiz, liv. 4. tit. 98. §. 5. (a)

Pay naõ tem uſufructo nos bens do filho, ſe naõ fizer inventario dentro de dous mezes, depois da morte da mãy, ibid. §. 6. (b)

Pay por Direito he legitimo adminiſtrador de ſeu filho, liv. 1. tit. 88. §. 6. (c)

Pay, que ſuccedeo ao filho, caſando-ſe com outra mulher, conſervará a propriedade para os filhos do primeiro matrimonio, liv. 4. tit. 91. §. 4. (d)

Pay póde desherdar a filha, que caſar contra ſua vontade antes da idade de vinte e cinco annos, liv. 4. tit. 88. §. 1. (e)

Pay

uſusfructus alterius uſusfructus, ut declarat hæc Ordinatio, de cujus materia vide Solorzan. de Jur. Indiar. tom.2. lib.2. cap.15. num.10. 11. 23. & 24., Card. de Luc. tom.4. ſub tit. de Servitut. diſc.63., Fragoſ. de Regim. Reip. p.3. diſp.3. §.4. n. 134., Gom. in L. 48. Taur. n.2., Gall. de Fruct. diſp.36. §.4. n.19., Molin. de Juſt. & Jur. tract.2. diſp.8. ſub n.2. verſic. Quartus., Portug. de Donat. p. 3. cap. 33. n.42., Lagun. de Fruct. p.2. cap. 5. n. 98., Peg. de Compet. p.2. cap.98. § 4. ex n.177. uſque ad n.181., & tom.7. ad Ord. lib.1. tit.87. §.6. n.82. Habebit tamen pater commoditatem ipſius uſusfructus, durante vita filii, ex Text. in L. fin. Cod. de Uſufr., Peregrin. conſ.102. n. 3., Giurb. ad Conſuetud. Meſſan. cap.7. gloſ.2. p.1. n. 11. & 17., & cap. 1. gloſ.2. n.111., Cancer. p.1. Var. cap.1. ſub n.41. verſic. Nuper evenit., Lagun. de Fruct. p.2. cap.5. n.97., benè Arouc. in L.8. §.1. n.8. ff. de His, qui ſunt ſui, &c.

Et ad materiam vide ſequentem Notam Senatoris Joann. Alvar. da Coſta, ibi: Utrum in terminis hujus Ordinationis, ſaltem vivo filio, pater frui poſſit fructibus, & commoditatibus, quod valdè diſtat ab uſufructu, juxta L.8. §. fin. de Peric. & Commod. rei venditæ; non levis eſt diſceptatio: Præceptor ille inſignis Antonius Pereira da Cunha in ſcriptis ad L.8. ff. de Annuis legat. dixit, in hoc caſu neque commoditatem ullam ad patrem pervenire, eo forſan fundamento nixus, quia licet uſusfructus differat à commoditate, & perceptione fructuum; tamen in caſibus, in quibus pater non gaudet uſufructu adventitiorum, neque commoditatem percipit; Caſtilh. de Uſufr. cap.3. n.58., Marin. lib.2. Reſol. cap.69. à num. 11. Sed ſalva pace tanti Præceptoris, alia mihi longè mens eſt, imò in hoc caſu ad patrem, vivente filio, pertinere commoditates; quia licèt verior opinio ſit, quòd etiam quando lex prohibet uſumfructum, pater non habet commoditatem, ut contra plures bene tenet Lagun. de Fruct. p.2. cap.5. à n. 74.; attamen, ut ipſemet Lagun. n.85. ex aliis tradit, hoc non procedit in hoc caſu, ubi prohibitio uſusfructus non eſt à lege, neque ab homine in favorem filiorum, neque in odium parentum, ſed ſolum ex quadam ſubtilitate, & ratione juris, quæ patitur patrem poſſe habere commoditatem, ſalvo uſufructu: & citra dubium, ſic judicandum teneo, quidquid in aliis caſibus, de quibus in hac Ordinatione tit.98. per tot. pater non poſſit habere commoditatem uſusfructus.

(a) Quinta limitatio, ſeu quintus caſus, in quo pater non habet uſumfructum in bonis filii, eſt, quando ipſa bona filio donata ſunt à Rege, ut declarat hæc Ordinatio; quia talia bona tanquam peculium caſtrenſe reputantur, ut etiam probatur ex Ord. lib. 4. tit. 97. §.10. 11. & 12., & lib.3. tit.9. §.3., & ad materiam vide Boſſ. de Patr. poteſt. cap.5. n.83. & 84., Fragoſ. de Regim. Reip. lib.2. p.3. diſp.3. §.4. n. 148., Carvalh. in cap. Raynaldus, de Teſtam. p.4. cap.1. n.146., Solorzan. de Jur. Indiar. tom.2. lib.2. cap.15. n.246., Molin. de Primogen. lib.1. cap.19. n.24., Altimar de Nullitat. ſent. tom. 5. rubr. 1. p. 3. q. 32. n.1117., Portug. de Donat. p.3. cap.23. à n.43., Arouc. in L.8. §.1. ff. de His, qui ſunt ſui. n.7., Gall. de Fruct. diſp.36. artic. 4. num. 5., ubi limitat in caſu, quo talia bona ſint tranſmiſſibilia ad deſcendentes ejus, cui facta eſt donatio, ex Surd. dec. 39. num. 7., & idem tenet Molin. d. cap.19. n.24. verſic. Quod ſubintelligendum.

Et nota, diſpoſitionem hujus Legis procedere non ſolùm in bonis donatis à Rege, ſed etiam in donatis à Regina, Arouc. in d. L.8. §.1. n.7. ff. de His, qui ſunt ſui.: quod amplia, etiamſi donatio Principis facta ſit filio contemplatione patris; quia, hoc non obſtante, pater non habet uſumfructum in bonis à Rege, vel Principe filio donatis; Molin. de Juſt. & Jur. tract. 2. diſp. 8. ſub num. 2. verſic. Quintus eſt., Fragoſ. de Regim. Reip. d. §. 4. ſub num. 148.

